L'UNIVERSITÉ
BLES

Bibliothèque de la SORBONNE
INCUNABLES
HAIN
131
PROCTOR
PELLECHET
et POLAIN
Gesamtkatalog
Cote ancienne

[. ~~L.29.~~ 131

# Liber nouiter editus
## De celesti vita.
## In quo infrascripta continentur.
## In primis.

De natura Anime rationalis.
De immortalitate Anime.
De inferno et cruciatu Anime.
De paradyso et felicitate Anime.

UNIVERS. REGIA FACULT. THEOLOG. PARIS
SIGILLUM MISSIONIS
ME
PRYTANEE FR. BIBLIOTHEQUE
BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

DIVO Borsio principi illustrissimo : de celesti uita sachrę theologię doctoris excellentissimi domini magistri Ioanis ferrariensis ordinis minorum. Liber primus ſęliciter incipit.

Nisi immortales musę diuęq; eamenę iam pridem casta lii fontis heliconisque scaturientis latices delibassent: Aut pyeridum alumni parnasum montē apollini dicatū: ob laurorū affluentiam nymphis pergratissimū excoluissent muta ꝓfecto fuisset eloquentia. Orpheū poetarū uetustissimū ex nimia ac quippe admirabili liræ suæ suauitate cicures & feras saxaq; & siluas: mira elloquii dulcedine captas traxisse ferunt. Hesiodum item pastorem rudem agrestem atq; indoctum guttula aquæ collucentis libata: ita ad summū poetice euasisse ut nobilissima dogmata eius a Platone & Aristotile in mediis eorum utriusq; phie naturalis & moralis uoluminibus: magna cum ueneratione ueluti oracula sepenūero frequentaretur uerum cum non insalubres aquas e sacris fontibus gentilium more ubertin prosilientes. Nec apollo nec cylenius se ingurgitare admodum expetentibus denegauerit: nec hostio ita pessulum obdidit quin cunctis pateret igressus. Propterea uates non solum amplissima heroū gesta sed uiciosas atq; mortiferas hominū uoluptates turpissimosque actus magno uerborū lenocinio cecinerūt. Multa quippe sub isto uelamie latent memoratu digna: quæ a nobis instar nuclei detesta excerpuntur. Nam de uita moribusq; percomode multa sapienterq; ab illis dicta: & nature generationis principia & cāusę & quasi doctrinarū oium semina in illis reperiuntur. Et doctrinam uiuendi in belli tempora pacisque diuisam ostendunt. Et in bello quidē ducis quæ prouisio: quæ militū fortitudo: quæ caliditas: quod insidiarum genus uel cauendū uel faciendū quæ monitio: qd̄ consiliū: uel ab Homero uel nro Marone prætermissū est. Q uę oia obliterasset atq; funditus obsoleuisset poetarū silētium ac perpetua taciturnitas. & si adusq; nostri tpis feces: Pythagoras Socrates Plato Aristotiles Reliqui humanæ uitæ istitutores obticuissent nec bene beateq; uiuendi precepta: tum uerbis tū lris insinuare curassent ueluti pecora & muta animantia uagi & per deuios anfractus errabūdi per arenosas sirtes atq; uastas solitudies solum omne lustrauissemus priscorū hominum genus legibus solutum dispersum agreste erat. At socrates: ut Cicero refert philosophiā primus deuocauit ecelo & in urbibus collocauit: & in domos etiā itroduxit. Erant eni usq; ad illam fere etatem pastores in qua pythagoras non solum nominis inuentor: sed rerum etiā ipsarū amplificator fuit siluicedi cūctiq; huiusmōi sine studiis humanitatis quos cladis publice superstites fecerat oportuna habitatio ex tempestatū atq; illuuionis icomodo. Q ui cū post hunc philiasiū sermonē i Italia uēisset: exornauit eam greciā quæ magna dicta est & priuatim & publice prestantissimis & institutis & artibus: sicq; uiguit pythagoreorū dogma usq; ad Socratē: qui ad archelaum anaxagore discipulum audierat. Q uid enim esset homo uel uirtutibus uel ratione carens: nisi mutum & lutulentum animal. Aut quid iuuaret statu recto

Orpheus

Pythagoras
Socrates
Plato
Aristoteles

hominem formatum extitissæ orisque & linguæ cogitationum inter petris ornatu preditum nisi ad iustitiam colendam sese in lucem editum & cognosceret & sciret. Id circo solus inter animantia pene omnia celum sideraque intuetur: Cum ceteris pronam & decliuem in humumque procũbentem formam uentri pabuloq; seruiẽtem dederit rerum omnium fictor deus atque alumnus: ut prospectus acie in altum porrecta atque rebus sublimibus intenta: celestem originem in nobis esse saperemus: & animos nostros in quibus optimi parẽtis expressa similitudo resplẽdet uirtutibus & disciplinis insigniremus. Hæc enim duo quæ paulo ãte pfũctoriæ enumerata fuere: adeo sibi mutuo coherent: ut nulla ui: nulla potestate ab inuicem diuelli ac disiungi queant: Non enim ratio absque uirtute: nec uirtus sine ratione consistit. Hæc sunt illa uirtutis primaria officia. scilicet deũ agnoscere ipsumque pie iusteque colere quæ felicitatis humanæ seminaria sunt quorũ notio i ãtris atque specu demogorgonis aut in cahos ignorationis Anaxagore tabe & scabra obnubilata atq; spreta iuisa iacuisset: nisi ueterum capedo promodulo oblimasset. Nec profecto ludibrio habendi sunt: nec canino morsu: aut uiperino corrodendi: si non opera eorum ueritatis lucidissimus splẽdor nobis effluxerit: Nõ omnia assequi possumus omnes. Verum enim uero: si naturæ officia: eiusque progressiones & horum consãguinea digeste pensitateque modulari curabimus: eorum patrocinio omnibus phie ducibus sic ducatum prestitisse comperiemus: ut uolentibus nunc liber pateat ingressus. Iacta ab ipsis priscis uirtutum semina fuerunt: quæ pepererunt admodum dulcissimos tempestiuosque fructus: ut uapore mirabili gustãtiũ fauces cõpleãtur. Nõ ne ueritatis ueteratores atq; falsi rerum extimatores censeremur: si tantos congestos labores: tantas lucubratas uigilias illorum patrum nihil pẽderemus? Quid enim illustrius ueritate? Hæc equidem tanto splendidior atque preciosior: quanto inuentu difficilior. cuius ut stiuam nobis relinquerent omnes animi corporisque uires contriuerunt. Legimus Maronem ante oculos ennii poetæ annalium libros semper habuisse: quos despexit minime: sed aurum ex eius stercore perdius atque pnox collecturũ se se omnibus portendebat. Nec ut altius repetam antiqua philosophia a qua numeri quorum uis ea tẽpestate i natura maxima erat motusq; tractabat & unde omnia orirentur: quoue recederent studioseque syderum magnitudines interualla cursus & cuncta celestia perscrutebantur. Nec Socrates: Nec Plato: nec Aristotiles ueritatis patroni eorum iugi meditatione cura atque diligentia in unum hi reddigere & coaceruare potuissent: nisi primi uadum posterioribus emulandum atq; ampliandum reliquissent. Ego uero dux Illustrissime qui pro meo captu in his prosequendis omnes corporis artus fractos eneruatosque sẽtio. Semper ego auditor tantum nunq̃ ne reponam? ut Satyrus ait presertim cum iam nos manum subduximus ferulę. Igitur felicibus auspiciis aduersus impietatem non nullorũ celicolas sedes moratis cõgruas. & tetra atque formidolosa loca morosis atque improbis digna: negantibus maturandam hanc prouintiam suscepi. Optassem propterea hiarcham in trono sedentem aureo atque docentem audiuisse: & de Tãtali fonte ita aquam libasse ut omnem eloquẽtię sitim cuius desiderio torqueor extinxissem. Maximeque id fieri uellem: ut potentius in animos illorum influerem: qui nihil nisi expolitum atque disertum audire uolunt. Verum cum nec Plato-

Socrates
Plato
Aristotiles

nis amplitudo Aristotelem: Nec Demostenis uehementia: Ciceronisque copia reliquos oratores deterruerit. sic nec multorum magniloquentia mea qñq; restriget studia: quin progrediar ut potero. Non enim eloquentię sed ueritatis fiducia suscepi maturandam hāc molem & magis fortasse q̄ possit meis uiribus substineri. Legimus plerosque sūmæ grauitatis uiros post pherichiadem sirum Platonē Theofrastum de animorum statu litteris mandasse: quæ sunt cognitu non insua uia. Fuerunt enim primitiæ quædam: & quasi libamenta ingenuarum artium. Nec existiment homines eruditi docendi magis q̄ admonendi gratia hæc deprōpta fore: quin potius me scripturum sciant: ut quia demōstratione uestigiorum quadam contenti: prosequantur ea post si libebit: uel libris repertis ex quibus ea paucula excerpsi: uel auctoribus quos in hac operosa satis re emulari non perteduit. Et ut par est tantum in laude quantum in cura & orationis cultu atque elegantia cedo. Ocius ad hanc rem conficiendam me inpulit loquacitas nonnullorum: qui ut a uulgo docti uideantur: ductis superciliis rugata fronte uerba trucinant. Et si fortunæ preclaro aliquo fauente successu principibus adsint. ut pcalcato omni pudore: spretis diuinis humanisq; istitutis: omnibus obscēis uoluptatibus frui collibeat. Deum in humanis nihil curare: Auerni pœnas non esse extimescendas: Nec paradisi gaudia esse expetenda magno uerborum cultu dixerūt. His tandem icōpositis hoibus uariis erroribus respsis: ꝑ mediocritate succurrere statui. Et illico intrāseundis uoluendisq; multis admodū uolumnibus & philicis & theologicis: ꝑ omnia semper negotiorum interualla: In quibus furari ociū potui assidua meditatione ānotaui ut qñ usus uenisset & me aut quempiā repens obliuio tenuisset: & libri ex quibus ea sumpseram non adessēt: quidquid circa eā rem cursim lectitando memoratu dignum cōperi: modica ex his ea quę sola acceßi in his libris indidi: ceu in quodam litterarum penu: ut uolentibus deprompta forent. Interdum dum mecum met ipse cogitarem scaturiebant rationes & argutię in medium: adeo compositę & accerrimę: ut ingenti admiratione etiam obstupescerent non credentes. Quid plura? Ego ut mature grauiterque operam hanc nauarem: sedula meditatione cuncta (nisi ea forte quæ casu aliquo me fugissēt) memorię tenacissimę comendabam: ut qñ opus foret: serio euomerem quod acceperam. Scisscitatus sæpenumero quid super hanc rem sentirem. strepentibus nonnullis quasi reliqui qui in corona erant (ut mos est dissidētium) herbam darent: Paulum oculos quos cogitabundus in terram defixos tenebam erexi: idque ex tempore dixi circumpulsantibus non esse absoluēdum: Nec in tanta hominū expectatione in agendum cum clodo pede temere propandum: Nec intanto cōuentu leuiter proferendum quidquid imbueram uenerit: sed digeste modulateq; differenda esse omnia: ne arroganter temereque uidear uela dedisse uentis: & Auram soluentibus frustra bene precasse. Tuo igitur mi Borsi Illustrissime nomini hos congestos labores meos cōsecrare statui: pro mea in te deuotione fideque singulari: tum pro tui nominis celebritate & gloria: cuius te q̄uis sis sapiens cupidum esse reor. Velis igitur munusculum hoc qualecumque est benigne i munus accipere promptitudinemque animi potius q̄ magnitudinē dati extimato. Sed unum abs te humanissime impetratum uelim: ne operam atque impensam amissise uidear: ut memineris ea te felicibus auspiciis lege in huius mundi aut corporis

hospitio intrasse: ut etiam hinc pari sorte te migraturũ aliquando intelligas: Nec te fugiat quanti est rationalis animus quem diuinę naturæ impressam prese ferre ymaginem constat. q̃ seue apud auernum pœnas dabit. Quantis item perfruetur gaudiis: Si se castum: pudicum: nulla labe conquinatum conseruarit. Quod ut efficias id tibi persuadeas uelim. Hoc enim si eniti curaueris. erit tuę uirentis gloriæ admirabile monumentum: quod uetustate non obscurabitur: sed prorsus omnium gentium & linguis & litteris celebrabitur: & usque adeo: ut nulla etas tuas mirificas laudes innumerosque triumphos conticescat. Cura fulginosas atque atras mentis caligines fugare: ne templum hoc quod non fumo: nõ puluere: sed malis cogitationibus sordidatur uioletur: ut tandem exactis huius uitæ periculis: pro morte uitam pro tenebris claritatem: pro caducis terrę bonis: eternum consequaris premium.

Explicit prohemium.

Tabula Capitulorum primi libri.

De nobilitate animæ. car. iiii.
De erroribus gentilium circa animæ nautram. car. viii.
De athomorum genitura. car. viiii.
De erroribus hereticorum. car. x.
De natura animæ rationalis. car. xiii.
De lucis & luminis natura. car xv.
De modo essendi in loco car. xvii.
De unione spiritus cum corporibus. car. xviii.
De modo unionis animæ rationalis cum corpore. car. xx.
De unione aliorum animatorum. car. xxi.
De sede & principali domicilio animæ. car. xxii.

Acturus opere pretium arbitror si passim priscorum sententias dispsas in unum coaceruare ut magis ac magis lectitantibus sint iocūda incubuero. Operosa res satis post messorū colligere spicas manus effugientes. Ne igitur tanto labore confitiantur mortales quibus a natura inditum est aliam uitam hac longe prestātiorem esse. ex uariis codicibus multarū ingenuarū rerum respersis in unū manipulū conflandū statui ut cōcatenata magis deprōpta forēt. Nec quispiam mihi succenseat: aut carpat q̄ rudis atq; incōpositus tantū facinus ausim quippe qui nec falso glorie splēdore: nec rethorū flosculis quibus nitore quodā mirū imodū oratores disertissimi splendore fatiunt orationes agor (& nō forte i præceps) sed ueritatis potius fidutia: Verum quia amanti (teste cicerone imo ueritate) nihil difficile: nihil asperū: nihil insuaue tua gratissima humanitate mi Borsi Illustrissime qua neminem dedignaris illectus adorior id qd omnes animi uires exuperat: Et quod pudor optimo equissimoq; iure impetrasset. s. silentium & taciturnitatem importunus amor uetuit ex quo mihi tanto cumulatior paratur gloria quanto id ipsum gesserint pauciores. Igitur obmissis ambagibus: ad rem festinet oratio. Tanto arboris incendio iam pridem non latium omne non grecia solum: sed omnis barbaries ueritatis cognoscendæ flagrauit ut genus patriam Amicos fortunas omnes: uel neglexerint uel abiecerit. Legimus gignosophistas nudos solis genitalibus tegmina adhibentes per indorum adustas solitudines & uasta loca peruagantes: ut solam nudamq; ueritatem nudi expeditiq; sequerentur. Ferunt democritum in siluis habitasse: ut multarū rerū rationem redderet: Nam cum serpentes linire sibi oculos conspicatus fuisset: prospectui uisui esse arbitratus est. Pythagorā tradūt scriptores cum eo flagraret atq; exardesceret amore ad egiptios primo ad magos præpterea & persas ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam profectum: Inde egressus cretam & lacedomona ad cognoscendas nimos & lycurgi iclitas ea tempestate leges contendit & usq; ad illa ora italiæ quæ tunc magna græcia appellabat: ut omnia iura diuina & humana cognosceret nauigauit. Huius profectionis emulus plato usque tarentum uenit: ut archite magni & præclarissimi uiri instituta quæ maxime colebant atq; florebāt cognosceret. Democritusque agros suos reliquerit: eosq; pascua publica fieri passus fuerit: Amplissimis laudibus in celum fertur. Non ipari laude celebratur terra marique Thebanus ille chrates: qui cum athenas ad philosofandum proficisceret: auri copiam quā secum deferebat in mari abiecit existimans non simul posse sapientiam & censum possidere. Sic diogenes: Sic xenocrates: ut liberius phiæ studiis insudaret. Alexandri dona cōtempsit: existimans multo esse præclarius multoque diuinius diuinarum humanarūq; rerum inuestigare ac scire rationē: q̄ aut struendis opibus aut cumulandis honoribus inherere. Spretis igitur terre bonis quibus affluere indoctum uulgus putat felicissimum ad philosofandum oēs corporis uires: omne ocium: omnem denique mentis corporisque uigorem contulerunt. Exiguo curriculo sic in exquirendis rerum principiis & causis profecerunt ut ueritas quæ uniuersos latebat mortales: sua ope sua cura: sua denique diligentia omnibus in propatulo haberetur. Q uid opus est uerbis? eorum perspicacitate atque itellectu mirabilique acritate terras celum maria peruagari metiri in

Signosophiste
Democritus
Pythagoras
Plato
Democritus
Crates thebanus
Diogenes
Xenocrates

habitare rerum causas motus effectus docuerunt. Animalium tam diuersorum generum morum atque figurarum. plantarum herbarum quoque: & ut breuiter omnium generatorum naturas perstringam quicquid humanis sensibus ac ingeniis uiribus comprehendi potest ostenderunt. Harum rerum cognitione non cõtẽti in qua exerciti defessique fuerant: cœlorum numerum: astrorum motus: lunæ solisque defectionem pricipium originemque rerum perscrutari adorti sunt. de quibus sane & si somniando i plerisque rebus uerum senserit in multis tamen (ut mox apperiam) a recto calle ignoratio detorsit. Nã athomis passim coeuntibus fortuito concursu infinities mundum generari & totiensque disolui docuit Democritus abderites. Mundum semper fuisse & fore Aristotiles usurpat dicere. Vnum mundum pythagoras asserit. Plato non semp fuisse: sed semper fore in thimeo præsertim ꝑsumit astruere. Plurimi uero nec fuisse ꝓ: nec semper fore scriptis suis testificantur. Quibusdam uero placet diuina prouidentia mundũ omne: & regi & gubernari. Nõnullis temere & casu: ut Epicuro & democrito. Alii homines singulos ex parentum seminibus procreatos successiõe prolis multa secula ꝓpagare. Alii ꝓ hoies fuisse: nec unq̃ nisi ex hominibus natos atq; eorum generari: caput exordiumque nullum extitisse arbitrati sunt. Alii uero fuisse tẽpus: Cum hoies nõ essent & his ortum aliquẽ principiumq; natura tributum.

Democritus abderites
Plato
Aristotiles
Epicurus & Democritus

In hac quippe ancipiti re sententiã ferre admodũ periculosũ esset propter auctores quorũ fama celebrata ẽ in omne euũ. Prior nãq; snia qua sẽper humanũ gẽus fuisse credit̃ auctores habuit Pythagorã Samiũ Occriũ & Lucanũ Architã Tarẽtinum oẽsq; fere pythagoricos. Itẽ antiquę achademię. philosofi itidẽ nõ aliud uidẽt̃ opiati. Aristotiles quoq; stagirites & Theophrastus multiq; ꝑterea nõ ignobiles ꝓpatetici idem scripserũt: eiusq; rei exempla dicũt. q; negant omio posse reperiri aues ne ãte: an oua generata sint: cũ & ouũ sine aue & auis sine ouo gigni non possit. Itaq; & oium quæ i sempiterno isto mũdo ꝓ fuerũt futuraq; sũt: Aiũt prici piũ fuisse nullũ: sed orbẽ eẽ quorũdã generãtiũ: nascẽtiũq; in quo initiũ simul & finis eẽ uideat̃. Qui uero alterius factiõis sũt: & hoies aliquos primigenios diuinitus a natura ue factos putant molti fuerũt. licet certe iter se certẽt. Nã ut mittã quod fabulares poetarũ hystoriæ ferũt hoies prios promethei molli luto esse formatos: Aut deucaliõis pirrheq; ducis lapidibus esse natos. Quidã ex ipsis sapiẽtię ꝓfessoribus: Nescio an magis mõstruosas certe nõ minus ĩcredibiles rationũ suarũ ꝓferunt opiniones quas prolixius explorare supuacaneũ censeo. ꝓfunctoriæ tñ horum uana deliramenta cõmemorabo: ut præclara ingenia quãtum a ueritatis semita oberrauerint ipse aperiam. Anaximander Milesius uideri sibi ex aqua terraq; & calefactis corpusculis exortos eẽ siue piscesses seu piscib9 similia aialia in his homines concreuisse: fetusque ad pubertatem intus retentos tunc demum ruptis illis uiros mulieresque qui iam se alere possent processisse. Empedocles egregio suo carmine quod eiusmodi esse predicat Lucretius: ut uix humana uideatur stirpe creatus. Tales si quidem confirmat primo membra singula ex terra quasi pregnante passim edita: deinde coiisse & effecisse solidi hois materiam: igni similis & humori pmixtam. Hæc eadẽ opinio in pmenide fuit paucis exceptis ab Empedocle dissensisse. Democrito uero abderite ex aq̃ limoq; primũ iussũ esse hoies ꝓcreatos, nec lõgę secus. Eipcur9. Is, n, credidit limo calefacto

Aristotiles
Theophrastus
An ouum sine Aue & Auis sine ouo gigni possit

Opiniões Antiquorũ de pricipiis hũani generis
Anaximãder Milesius
Empedocles
Democritus

uteros nescio quos radicibus terræ increuisse & ifantibus ex se editis ingeniam lactis humore natura ministrãte præbuisse: quos ita educatos & adultos genus humanum propagasse. Zenon stoice secte condictor principium humano generi dedit: primosque homines ex solo aminiculo diuini ignis: idest dei prouidentia genitos. Hi & pares errores terram cum occupassent: humanæque sapiẽtiæ amatores subuertissent. Non est passus ultra deus hominem lumen ueritatis requirentem diucius errare: ac sine ullo laboris effectu uagari per tenebras inextricabiles. Aperuit oculos suos tandem & notionem ueritatis munus suum fecit: ut & humanam sapientiam de qua lætari ueteres plurimum solebant nullam fuisse monstraret: & erranti ac uago iter rectum panderet per moysem ducem ac sui populi fidelissimum imperatorem omnique egiptiorum sapientia calentem. Qui præuidens hos hominum errores fore. & iam forte diu cœpisse ut uanas istorum opinationes euelleret. Sic diuinos libros suos adortus est. In principio creauit deus cœlum & terram & reliqua omnia quæ longo contextu narrantur: Initium rerum mundi auctorem materiæ causationem his paucissimis uerbis comprehensus est. Nec ab re. Sed ut philosophi cognoscerent ante mundi initium esse uel ipsum totius uniuersi esse initium & rebus omnibus gignendis dedisse: Cuius ab auctoritate Plato minime discessit: Constantissime enim inthimeo profitetur mundi molem speciosissimam a summo rerum omnium opifice fuisse elaboratam. Et quod longe difficilius est e reditu. Cum sciscitaret ab eo causam mundi condendi. Ita rem terminasse accepimus ut a bono deo bona opa conderent. Nescio profecto quid sanctius ab hoie catholico responderi potuerit: siue ista legerit: ut nõnulli suspicant: siue ab his qui legerant forte cognouerit: siue accerrimo suo ingenio qd uerius puto inuisibilia dei p ea quæ facta sunt intellecta cõspexerit. Hac tamẽ cãm. i. bonitatẽ dei tã iustã tanq; ydoneã assignauit: ut oẽs cõtrouersias querẽtiũ mũdi originẽ facillime termiaret. Sed multo i hac re mirãdũ ẽ amplius q; etiã qdã qui unum nobiscũ credũt oium rerum eẽ principiũ: ullãq; naturã quæ nõ ẽ qd deus est: nisi ab illo cõditore eẽ nõ posse: uoluerunt tamẽ istã cãm mũdi fabricãdi: tã bonã ac simplicẽ bene ac simpliciter credere: ut deus bonus cõderet bona: & essent post deũ qui nõ esset qd deus. Progrediunt tamẽ dicentes aias dei ptes minime eẽ: sed factas a deo: peccasse recedendo a rerũ cõditore & diuersis pgressibus p diuersitate peccatorũ a cælis usq; ad terras diuersa corpa quasi uicula meruisse: & hũc eẽ mũdũ eãq; cãm mundi fuisse faciendi. Nõ ut cõderent bona (ut plato ratus ẽ) sed ut mala cohiberẽt. Origenes uir pfecto i ecclesiasticis lris pitissimus i hac ipia opiatiõe culpat: q; i libris quos periarchõ appellat. i. de pricipiis tenuerit docuerit & posteris legẽda reliqrit. Sed plusq; dici pot miror hoiem eruditissimũ & i diuinis lris oppido exercitatũ non attẽdisse: q; hoc scripture moysi eẽt cõtrariũ quæ enumeratis diuinis opatiõibus singulis adiecit. Vidit deus q; esset bonũ cõpletisq; oibus ad uniuersi decorẽ faciẽtib9: conclusit & uidit deus cũcta quæ fecerat & erãt ualde bõa. nullã aliã cãm mũdi faciendi itelligi uolẽs: nisi ut a bono bona cõderent. Prosequi mũdi ornatũ operosum non erit tum maxime cũ in eo exitu uertat ut ostendã oẽs cœli pulchritudies terrarum utilitates. Aquarũ irrogatiões aeris ignis necessitatẽ: pp hois famulatũ condita hæc oia a sũmo rerũ opifice fuisse, cui9 hois cũ duæ ptes sint. Altera cui9 origo

Zenon

Moyses

Plato

Catholica responsio de causa mundi

Origenes

De ornatu mundi

e terra ideo terrea. Altera e celo ideo celestis appellat: quæ sicut cœlũ terris emiet ita aia rationalis corpori. Sic oia seruitura sunt corpori: ut sese aie imperio subdat atq; submittat. Reddeo unde digressus sũ & ĩ exequẽda mũdi pulchritudie q̃ ab Ambrosio antiste excerpsi pauca his cõmentariis indidi. Voluptatis igit gra potius q̃ necessitatis paulũ imorabor. Omniũ rerũ sator e nihilo cuncta in exordio ꝓduxit & primo ut moyses tradidit cœlorũ globos miro atq; indicibili ornatu cõtextos quibus duos mũdi polos infixit: supra quos mũdi molis rotaret ueluti supra cardies quosdã uerũ ne lucis beneficio careremus: solẽ & queq; fulgẽtia astra in celo collocauit quorũ ope & patrocinio fiunt generatiões & corruptiões eorũ quoq; cursu nõ solũ diei ac noctis sed animarũ & temporũ discretionẽ tenemus. Principia eni diei noctis exitum claudũt. Septẽ quoq; globi qui firmamento subiecti sunt: contrario q̃ cœlũ uertunt motu. Tanta si quidẽ est cœli celeritas: ut secum trahant ab ortu in occasũ omnes erraticæ stellæ diurna conuersione: quæ ꝓprio agitatu dum mouent: armoniã suauissimumq; concentũ ex tempatione motus cœli stellarumq; testimonio multorum cõficiunt: Quoniã scissus aer tam artifici motu & acuta cũ grauib9 tẽperato ita uarios equaliter cõcẽtus efficit: ut oẽm supgrediatur musici carminis suauitatem. Et si quispiã sensu auditus probari expeteret quẽadmodũ creditu difficile est ad aures nras non puenire. Cum & leuis aure stridor & arborũ fragor pueniat. Cometa respondere nõ ualentes adinueniunt. Refferũt obsurduisse aures nras & hebetiorem nobis sensũ audiẽdi factum. Propter illã a principio nræ generationis concepti sonitus consuetudinẽ & afferunt exẽplo eo q; nilus fluuiorũ maximus eo uidelicet loco ubi se ex altissimis mõtibus in cattaduppã illã se precipitat magnitudie fragoris sui aures accolarum obstruat: ut audiẽdi munere carere dicant. Cõponunt ꝑterea aliud figmentũ: ideo sonũ hunc non puenire ad terras ne capti hoies ꝑsuauitatem eius atq; dulcedinẽ quã cellerrimus ille cœlorũ efficit motus ab oriẽtalibus partibus usq; in occasũ ꝓpria negocia atq; opa derelinquerent: & oia hic occiosa remanerẽt quodã hũane ad celestes sonos mentis excessu. Hæc satis inanis fictio & plurimũ a ueritate aliena. Terra quæ imersa erat aquarũ in gurgitibus diuio iussu apparuit arrida: ut uiuentibus cunctis aiantibus Alimoniã prestaret. De terræ quoq; uel qualitate uel positione tractatũ facere supuacaneum censeo. Quid eni opus ẽ ꝑcontari: utrum in aere pẽdeat terra an sup aquã: ut inde nascat controuersia? Quomodo. ſ. aeris natura cũ sit mollior: molẽ possit substentare terrenã? Aut quomõ si sup aq̃s nõ d̃ mergat in aquã? Aut quomõ ei maris unda nõ cedat & in latera eius sese loco suo mota diffũdat. Multi excellẽtis igenii uiri tãtæ difficultatis cãm reddere uolentes dixere ĩ medio aeris terrã eẽ & mole sua imobilẽ manere q; equali motu hic atq; inde ex omni parte propẽdeat. Quibusdam autẽ hoc admirantibus & cupientibus tantæ rei solutionem dare duobus mundi polis artico scilicet & antartico uisum est tribui debere. Quoniam sicut loco & positione sic uirtute & influentia aduersari solẽt. Alter deorsum deprimere molem terræ obnixæ nittitur: Alter econtrario impulsu & aduersa uirtute substentat: & cum ex equo pugnent tantum in altum porrigitur: quantum deorsum impulsa & agitata fuerat. Quare terra proprio quodã iure mediũ mundi sibi uẽdicat ymo ipsa est mũdi mediũ ut sobrie loquar: Quidã astrologie disciplinis nõ parũ dediti aliã cãm dedere: nõ ꝓrsus ab istituto

alienã. Nã ut inquiunt, pbe centrum terræ est ẽt cœli centrũ & quæcunq; ex elemẽtis mixta aut conglutinata sunt: naturæ impulsu agitantur sm qualitatis prædominium. Nam leuia quia materiæ parum habent & multum formæ: feruntur sursum econtrario: grauia deorsũ niti coguntur: & indita quadam appetitione: ut eorum tueant̃ naturas ac a corruptione saluent propria loca quadam uiolẽtia expetere uident̃. Itaq; si terra nõ esset mediũ & imobile: moueret̃ aliq̃do. Igitur ad aliquẽ locũ extrinsecũ ipsi mobili mouere necesse ẽ. Carentia. n. loci: mouet mobile ad formã. Nã habitibus existẽtibus ĩ materia cessat motus: ut oĩs phĩa edocet. Et cũ terra & ponderosa quæq; nullũ naturæ eorũ saluatiuũ præter centrũ locũ habeant. igit̃ si terra moueret̃: extra locũ suũ moueri opus eẽt: talis autẽ oĩs est uiolentus motus: qui maxime alienus eẽ debet. Relinquit̃ ut sit mediũ mũdi oĩo imobilis & fixa sp eo loco manẽs: nullis agitata turbinibus. Expeditius lõge & melius hanc ambiguitatẽ diuinæ litteræ terminarũt: quæ diuiæ potestati plenissimis fau cibus attribuũt. Volũtate igit̃ dei & arrida apparuit terra & imobilis manet. Nõ ergo sũdamẽtis suis nixa subsistit. Nec fulcris suis stabilis pseuerat. Sed uniuersorũ dñs statuit eam & firmamento uolũtatis suæ cõtinet. quoniã ĩ manu eius oẽs fines terræ. Mox de germinatiõe ut accepit editũ: ipsa parturiẽs nouos se fudit ĩ partus. Induit se terra amictũ uiriditatis fecũditatisq; gratiã assumpsit diuersis cõpta germinibus: pprios suscepit ornatus. Indidit sũmus ille oĩum sator singulis e terra nascẽtibus: aut semen: aut uirtutẽ aliquã seminariã: ut quod nascit̃ ex ea simile eorũ quæ sata sũt: uel quorum de radice sit germinet. Mirabilis deus nõ solũ ĩ maximis: sed ẽt minutissimis qbusq; rebus. Putris gleba granũ tritici suscipit & sparsim cohibet ocatio: ac uelut mĩno terra gremio fouet & cõprimit. Inde cũ granũ illud ressoluerit, herbã generat gratã. Ipsa iã species herbescẽtis uiriditatis: quæ statim genus satiui similitudinem sui prodit: ut in ipso suæ stirpis exordio. Cuius generis herba sit recognoscas: atque in herbis fructus appareant: paulatimque adolescit: ut senum culmoque pubescens erigitur & adsurgit. Ast ubi se geniculata iam spica substulerit uaginæ quædam futuræ frugi præparantur: in quibus granum formatur interius: ne tenera eius primordia: aut frigus ledat: aut solis estus exurat: aut uentorum inclementia: uel imbrium uis seua decutiat. Succedunt quædã spicæ mirabili arte formatæ: uel ad speciẽ gratæ: uel ad tutamẽ nexu quodã inter se naturalis colligationis astrictæ quam prouidentia diuina formauit. Et ne frugis numerosioris pondere quodam cedant: futura culmorum uaginis quibusdam ipsa culmis includitur: ut geminatis uiribus frugem possint multiplicem sustinere: ne impar oneri curuetur in terrã. tum supra ipsam spicam uallum struitur aristarum: ut quasi quadam in arte pretendant: ne minutarum auium morsibus spica suis exuatur fructibus: aut uestigiis proterratur: Fœneratum terra restituit quod acceperat & usurarum cumulo multiplicatum reddit decuplum. Quis digne explicare posset naturæ offitium in tuendis conseruandisque rebus ne depeant: aut quis posset species agri pleni & luxuriantis expromere. Qui odor: quæ suauitas: quæ uoluptas agricolarum? Satis Cicero noster exploratum fecit. eo ĩ libro quem de senectutæ inscripsit: ubi cæteris corporis uoluptatibus agriculturæ oblecta menta anteposuit. Frustra recensebo purpurascentes uiolas: candida lilia: Rutilantes rosas: redolentem ambrosiam: depicta rura: nunc aureis: nunc

Diuiæ lẽ

Mirabilis deus non solũ maximis sed ẽt minutissimis qbusq; rebus

luteis: Nunc albescentibus floribus: in quibus nescias utrum species amplius florum an uis odora delectet: Pascuntur oculi grato spectaculo. longe lateque odor spargitur: cuius suauitate complentur omnes. Quis enim artifex alius a deo posset tantam rerum singularum exprimere uenustatem? Quid enumerem herbarum salubres sucos: Quid iurgultorum ac foliorum diuersa remedia. Quanti fontes fluuii lacus irrigent terras facile quisque comprahēdit. Nilus effuso egyptum stagnans flumine. & cum arua pluuiarum imbriumq; nesciant beneficium eius mūdatione fecundantur recreanturq;. Hister de occidentalibus partibus fluens piscationum barbaris affert solatia. Rhenus de iugo alpium usq; in occeani profunda cursus suos dirrigens: eius munere gaudet germania tota. Iamdudum romani memorandus aduersum feras gentes murus fuit. Eridanus maritimorum commeatuum ytalicis subsidiis inuector patriam nostram diuiciis & opibus ditat. Prolixum admodum esset singulorum prosequi nomina fluuiorum: qui uel nostrum ilíricum ingrediuntur mare: uel qui exianiuntur occeano. Sed quid maris comoda enarrare prætermitat: cuius patrocinio iclitæ urbes & potentissima condam regna floruerunt? Mare igitur bonū: quia terras necessario suffulcit hūore: quibus per uenas quasdam occulte sucum quēdam haud inutilem subministrat.

Fontes & fluuii

Maris comoda

Descriptio maris

Rursum mare ē fluuiorum hospitium fons imbrium deriuatio aluuiorum inuectio commeantium quo sibi distantes populi copulantur: quo prælíorum remouentur pericula: quo barbaricus furor clauditur. Subsidium in necessitatibus: in periculis reffugium: gratia in uoluptatibus. Salubritas ualitudinis: separatorū cōiunctio: itineris compendium: refugium laborātium: uectigaliū subsidium: sterilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfunditur. si quidem de mari aquæ radiis solis hauriť: & qd subtile eius est: rapiť. deinde q̄to altius elleuať. tantomagis etiā nubiū obumbratione frigescit. & fit imber qui non solū terrenā tempat siccitatē: sed etiā ieiuna arua fecundat. Quis ignorat q̄tis fulgeat ornamētis? Numeret si quis pōt pisciū genera. Sepias: Polipos: Charabos: Cācros: Cōchas & huiusmōi cōchilia: testudies: anguillas: murēas: delphinos: canes: uituloſq; marios: cete grādia. Quid maris īsulas enumero. ī quibus hi q se abdicāt itempantiæ secularis illecebris fido cōtinentiæ ꝓposito eligūt mundū latere. & uitæ huius declinare dubios anfractus. Arborū quoq; genera hoibus eē usui qs ambigit. Abies nō cōtēta suis radicib9 atq; aereo uertice ēt casus marinos tuto subitura remigio: nec solū uentis: sed ēt fluctibus certatura processit. Cedrus suspendēda tectorū culminibus apta. eo q materies & pcera sit spaciis: nec onerosa parietib9. Laurus adsurgēs odorē suū effudit. nunq̄ suo exuenda uelamie: cuius prōgatiua grādis apd maiores nros sp extitit. Nam poetæ & impatores de uictis subactisq; hostibus lauro semp uirente coronabantur. Physici enim huius dumtaxat arboris naturam eam esse scriptum reliquerunt: ut inter cæteras plantas sola a fulminibus nō lædatur. ac sic semper obseruatum fuisse dicunt: ut omni quidē tempore illæsa inuiolataq; permanserit: tum etiam quia ueteres parnassum montē appollini dicatum lauribus: utpote musis pergratissimis arboribus: undiq; affluere prodiderunt. Idcirco poetas pyeridum alumnos: ciuiliori (ut ita dixerim) mortalium uita laureis coronari cœptos ac postea semper scenarum nostra quidem sententia non iniuria arbitramur. Huic arbori: semp ī prosequendis honoribus hedera consanguinea

Quomōdo imber generatur

Pisciū genera

Arborum genera

Prerogatiua lauri

fuit. Ipsa quippe a priscis illis tãtopere colebatur: ut Alexander rex macedonum ob rerũ a se gestarũ magnitudinẽ cognomento magnus deuictis indis exercitũ: suum uictorẽ instare liberi patris: quẽ indi ꝑ deo colebãt: huiusmõi frondibus coronatũ traduxerit. Cũ tamen ꝑsica corona in honorẽ ꝑsi actaui sui antea uteretur. Vetustissimos etiã poetas hedera seu quasi quodã mẽtis furore ꝑcitos bacharentur ac fauniis satirisq; finitimi haberentur: seu q; eorũ carmina eternitatẽ mererentur. Huiusmodi semp uirentibus frondibus coronari solitos ab idoneis scriptoribus scriptũ fuisse legimus. De palmarum arboribus ab Aristotile & Plutarcho rem admodũ creditu difficilẽ scriptũ compimus: ut q̃q̃ magnis põderibus supimpositis ꝑmereatur: nõq̃ tamẽ cedere uiderentur: Vnde ꝑpea ueteribus placuisse tradiderunt ut palma certũ quoddã uictorie signũ ab oibus haberetur. Quid opus est terras ꝓuincias regna lustrare: ut enumerẽ quãta sit arborũ uarietas: q̃ diuersis i singulis & pulcher ornatus: q̃ patule fagi: q̃ ꝓcere abieres: q̃ comãtes pinus: q̃ umbrosi ilices: q̃ nemorosa & rediuiua castanea: q̃ delectabilis uitis ulmis assotiata: Cuius florẽtis odore nihil gratius. harũ si quidẽ arborũ: Alii fructus sũt q; coquũtur a sole: Alii q; testis aut corticibus clausi cõplentur. Mala & pira & poma uuarũ quoq; genera oia nuda obiecta sũt soli. Nuces ãt & nuchee nuchei quoq; fructus & testa optus & cortice calore solis ẽ nutritus: & quãta pieæ dẽsitate nucleus abscõditur: deniq; quãta ẽ diuiæ ꝓuidẽtiæ bẽignitas: ut ubi mollior fructus ibi folii crassitudo ualidius tegmentũ deferat pomo. qd in fructu ficulneæ uidemus dellicatiora quippe ualidioribus muniẽda sũt. Quis tãta hũanarũ diuinarũq; rerũ sciẽtia ꝑditus possit cõprehendere uarietatẽ speciẽ gratiãq; pomorũ & aliorũ fructuũ uenustatẽ atq; decorẽ. Itẽ eorumdẽ suauitatẽ. & dulcorẽ singulorũ quoq; utilitatem fructuum sucorumq; proprietatem. Quid foliorũ describã uenustatẽ: Et quẽadmodum alia rotunda alia longiora: alia flexibilia: alia rigidiora sint: alia nullis facile uentis labentia: alia quæ leui motu decutiantur aurarũ. Exquirere enĩ singularum rerũ proprietatem ac ipsarũ diuersitatẽ operosum apprime eẽt. Quoniã me arborũ multitudo paulum detinuerat. Et pene cũ auibus ipsis sermo auium euolasset: nisi lusciue suauissimus gratissimusq; cãtus ad ipsarũ naturã perscrutandã ꝑpulisset. Redeo igitur istar obliuiosi uiatoris ad auiũ sermonẽ. Vnum nomẽ auium ẽ: sed genera diuersa: quæ qs possit: aut memoria: aut cogitatione cõplecti nõ capio. Nisi forte ad nos pytagoras rediret: q; solus id mẽoria acri tenebat: qd ceteri ignorabant scilicet in priori uita euforbiũ fuisse. Accedunt Cygnorum merularum phylomenarumq; suauissimi cantus. Vnde mihi uoces ꝑsitaci dulcedinẽq; cãtilenæ quibus ẽt paludes sonore cantus edunt dulcissimi suauitatem. Solent enim de somno dormientem excitare significantes diei surgentis exortum & effusiorem diluculo deferre letitiam. Et si harum deest suauitas. sunt gementes turturæ & raucæ columbæ. Adest etiam cornix plẽa uoce: quæ ruralium augurio pluuiam uocat. Sunt præterea Aues quæ carne uescuntur: Sunt & aliæ quæ reperto pascuntur semine. Aliæ diuerso fortuitu cibo. Est rursus & in his copularum diuersitas. quarũ gratia carent aliquæ: quæ ꝑsertim rapinis intendũt. Non ꝓpter auiditatẽ ꝑdandi. uel ꝓp insidias explorãdi. Nec ipsis iter se cõuenit. & ideo declinant sui copulam. His auibus nihil est copulatoriũ ꝑpter iugale cõsortiũ. Econtra uero palũbes grues sturni turdi cornices ɔnexiõe plurimorũ gaudẽt. Alia auiũ

Aristotiles Plutarchus

De auibus ermo

ſunt genera: quæ eiſdē in locis ſemp manēt. Alia aduēticia: quæ obeūt regiones a lias: & pacta hieme reuertūt. Sūt rurſus & aues alię: quæ hieme redeūt. eſtate pe grinātur a nobis ſiue q̃ hiberno tpe ad calidiora loca ſe cōferāt: ſiue q̃ pleraq̃ rur ſus eſtate ī his locis exigāt q̃ repire nequirēt: quib9 nos ī hoſpitali īmāitate moli mur iſidias & diuerſo generī: Nūc iſida ſede aucupari: Nūc tēaci uiſco fallere: Nūc laqueis eos captar cōtēdimus. Aues itē nō nullę ad manū ſe ſubiciūt & menſe ad ſueſcūt: tactuq̃ mulcēt: Aliæ reformidāt. Alię hiſdē qb9 hoies domiciliis delectā tur. Alię ſecretā ī diſertis uitā diligūt: quæ requirēdi ſibi uictus difficultatē liberta tis āore cōpēſāt. Alię uocib9 tm̄ ſtrepūt. Alię cāere delectant ſuauiq̃ modulamīe: quedā ex natura: Alie ex īſtitutiōe diuerſarū uocū obloquūt. ut hoiem putes lo cutū cū locuta ſit auis. Nō mior ī quadrupedibus q̃ ī auib9 diuerſitas cōpit. Sūt animalia quedam rapaciſſima: ut leōes: pardi: urſi lupi. Alia mitia: ut canes equi boues aſini. Alia per deſerta uagantur. Alia abſq̃ hois conſortio: nec uitam tueri poſſent. Alia herbas & frondes paſtionis gr̄a querunt. Alia carnibus ueſcuntur animalium. Alia per collum aratra ducere conſueuerunt & uomere terram api re. Alia pernicibus greſſibus homines uehunt. Alia oneribus per comoda: Alia humanę uitę utilia. Obmitto elephantes camelos onagros liceos equos boues ceruos: quorū multitudo tanta eſt: ut ſi ſingulorum uirtutes naturas genera ediſ ſere uellem: neque modum: neque finem inueniret oratio. Mirabilis itaque de us in maximis quas condidit rebus: mirabilis ēt & ī minimis. Non enim minus plana camporum q̃ montium alta cacumina miramur: Nec plus altitudiem ce driq̃ tortuoſe uitis: aut olee breuis fecunditatē ſtupemus. Ita non amplius miror elefantem quia procerus eſt q̃ murem elefanto teribiliorē. Leo ferarū omniū fe rociſſimus exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur: & ſerpentis ueneno occiditur. Nihil eſt enim in hoc mundo tā firmū: cui periculum ēt nō ſit ab inualido. Natu rę igitur hęc potentia eſt ut terribilia aliis. aliis meticuloſa ſint. O imperſcrutabi lis diuini conſilii altitudo. Quis tanto ingenii acumine preditus poſſet non dico enumerare: ſed mente complecti diuini artificis opum immenſitatem. Quæ oia id circo creata ſunt ut humane uite ſint uſui: Nihil robuſtius elefantis natura. ni hil ferocius leone. Nihil inclementius tigride: Et hęc ſeruiunt homini: & naturā ſuam humana inſtitutione deponunt: obliuiſcuntur qd̃ nata ſunt: & induūt qd̃ iubentur. Quid opus eſt uerbis: docentur ut paruuli: Seruiunt ut infirmi uerbe rantur ut timidi: Coriguntur ut ſubditi: in mores hominum tranſeunt qm̄ mo tus proprios perdiderunt. Quamobrem tantarum rerum & ordo & immenſitas hominis ſtatum atque excellentiā portendūt: Cetera quidē hois gratia facta ſunt quo ex eo facile intelligi poteſt: q̃ finis fuit omniū diuinorum operum: ipſe uero diuinum quoddam animal & dicitur & predicatur: Sicut ergo mundum non pp ſe deus fecit quia commodis eius non eget: ſed propter hominem qui eo utitur. Ita ipſum hominem fecit propter ſe tanq̃ diuini templi antiſtem rerum operum que celeſtium ſpectatorem. Solus eſt enim qui ſentiens capaxque rationis intel ligere deum: qui opera eius ingentia: tam uaria tam mirifica admirari uirtutem poteſtatemque dei proſpicere poſſit. Igitur mente prudentia conſilio ſapia pre ditus eſt. Solus etiam ſermonem ac linguam cogitationis iterpretem accepit: ut domini ſui ſingularem maieſtatem & omnem celi terræque ornatū enarrare poſ

ſit. Hæc eſt. n. ueritatis ſumma. Hic cardo rerum eſt: quē qui nō tenuerit: ueritas illi oīs elabit. Quæ utilitas deo iquit epicurus ut hoiem pp ſe faceret: ſcilicet ut eſſet q opera eius intelligeret: q ſenſu ad mirari q uoce ploqui poſſet: Quis. n. eſt tā ineptus uel tam ocioſus: ut agrediat aliqd fruſtra ex quo nullā utilitatē nullū comodū ſperaret. Qui ſplendidiſſimas edes cōſtruit nō idcirco hedificat ut uacet ab offitio: ſed ut in ea poſſit habitari. Qui arua colit nō iō colit: ut iā ſata annona putreſcat: ſed ut ea utat. Qui cimbam fabricat nō ideo inſunt opera ut tantum nauis appareat: ſed ut in ea nauigetur: Qui uxorem ducit non idcirco eam ducit: ut præciſe oblectetur: ſed ut ex ea ſoboles habeatur. Similiter cætera quæcunque fiunt: non utique in ſuperuacuum: ſed ad uſus aliquos utiles laborantur. Mundus igitur a deo factus eſt (teſte Platone & Cicerone pluribuſque locis) non utiq; propter ipſum mundum. Neque enim aut calore ſolis: aut lunæ: aut aſpiratione uentorum: aut humore imbrium: aut alimonia frugum cum ſenſu careat idiget. Animantium igitur cauſa eſt mundus conſtructus. Rurſus cæteras animantes hominis gratia eſſe factas: ex eo perſpicuum eſt: q; homini ſeruiunt: & tutelæ eius atque uſibus data ſunt: quoniam ſiue terrenæ ſiue aquatiles ſint: hominis imperio paruiſſent: hominiſque morem geſiſſent niſi primorum parentum culpa extitiſſet. Propterea ex omnibus animantibus ita formatus eſt ut oculi eius ad cœlum erecti: facie ad deum ſpectās: & quaſi porrecta manu alleuatum uidetur ex humo ad contemplationem ſui. Decens utique fuit: ut ſicut hominem ſtatu atque figura fecerat excellentiorem. Ita & rationali mente qua a cæteris terræ animantibus diſcretum formauerat: optimo iure anteponeret. Quæ propterea a multis ſæpe numero paruipenditur: quoniam eius ſubſtantia origo effectus ignoratur: & ſi ex corporis agitatione eam eſſe conſtaret: quid tamen: qualis ſit: certiſſima ratione minime probari poteſt. Ego uero falſas atque ſacrilegas opinationes abhorrens: qui ſenſibilibus tantum allucinati id duntaxat credunt: quod ſenſu perceperunt: & cum animæ rationalis natura ſenſibus non ſubiaceat: & ad hanc niſi mente fide informata attingat nemo: putant animam nihil eſſe. Quod q̄ remotum ſit a uero omnium fere conſenſu palam eſt. Idcirco indignum admodum cēſui: deprauatis atq; cæcis hominum mentibus non oſtendere eam hominis partem eſſe: qua celeſte atque diuinum templum dicitur & ſi eam quæ brutis omnibus cōmunis ē ſubſtantia cognoſcimus: q̄obrem & id per quod ab illis diſtinguimur ignorabimus: Quomodo enim iam ſe uel deum poterit diligere: ſi id qd̄ in ſe melius eſt conuincitur ignorare. Quomodo deum mente concipiet: ſi ſe ea carere putauerit: omnium enim creaturarum corpore homo eſt imbecillior: ſola anima in qua ſui parentis ſimilitudinem expreſſius: clariuſque q̄ brutis relucet: emiet. Quapropter humi procumbens deum ſupplex ex coro: idipſumque obſecro: ut mihi eum lucidiſſimum atque ſplendidiſſimum fontem aperiat: Cuius libamine cœlorum globi & ſydera quæq; patebunt: eiuſce rei cum Iohannes deguſtaſſet cecinit. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Paulus raptus ſupra omnium cœlorum faſtigia: uerba non humanis ſenſibus accipienda ſe ſe audiuiſſe profeſſus eſt. Itaq; ipſo comite: cuius ducatu atq; auſpiciis ueram piamq; religionem colimus: quātum in me facultatis erit: neruis omnibus rem incœptam nauare ſtudebo: Tanti eſt deus immortalis anima ipſa: ut eius cogitatu

Iohannes
Paulus

ſtupeat animus: tremant manus: rigeant omnes corporis attus: & omnis mea laus rubigo appellabitur: miſſa igitur iſta faciamus. Ad operis partitionem deueio.

Diuiſio totius libri

In primo libro de quidditate animæ. In ſecondo de eius immortalitate. In tertio de eius cruciatu. In quarto de eius fœlicitate agetur. Hæc quiſpiam putet me propriis argumentationibus: aut auctoritate initi uelle: ſed ea ſolum quæ copioſe atq; digeſte a priſcis promiſcue dicta ſunt: ut lectoribus frugi ſit: refricare conabor in hac itaq; re q̃tum mihi ocii & facultatis pro modulo natura ſuppeditabit: tantum ueritatis animæ cognoſcendæ accenſus moliri propemodum enitar rem uulgo abditam: in propatulo fieri & eſſe.

Declarans naturã aiæ rõnalis ſecundũ opinationẽ antiquorũ. Capi. i.

Vi rationalibus diſciplinis non mediocrem dant operam: ne fruſtra contendere uideãtur: aut de ſolis nominibus diſſidere: multiplicem aut nominum: aut rerum ſignificationem deſcribunt. Sic Seruius in commentariis enæidorum. Sic porphirius in itroductionibus ſuis. Sic phyloſophi omnes in ſuis libris. Ita mihi faciundum arbitror ne equiuoca animæ ſignificatio ab inſtituto depellat. Anima igitur primo eſt oris alitus: & odor teſte poeta georgicorum. ii. animas & olentia medi: ora fouent illo & ſeminibus medicãtur hanelis. Item Turtinus in fulonibus: interea fetida anima naſum oppugnat. Item Plautus in aſinaria: an fetet anima tuæ uxori. Idem in mercatore: ieiunitatis plenus: animam fetidat. Item cecilius. Quæ mihi ubi domum aduenias ſedi extemplo: animum dat ieiuna anima. Anima rurſum aqua. Plautus i amphitrione: ni ego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero: Anima iterum eſt ſonus uarro i annalibus. Frigios per oſſa coruus liquida canit. Anima etiam eſt uentus: quã græci ſignificationem acceptant. Teſte latantio de opifitio hominis & ſic poeta uſus fuit. viii. æneydorum: quãtum ignes animæque ualent. Plautus in aulularia nequid animæ emittat dormiens. Anima etiam pro iracundo & furioſo accipitur: Vnde & animoſi iracundi appellantur. Plautus in amphitrione animam cõprime. Actius in menalipo ut nunc cum aiatus iero ſatis armatus ſum. Item neuius i fulonibus: fereatis nihil eſt piculi dabo tibi uirũ ualidũ uirum aiosum. Et. M. T. de. R. P. libro primo non probares conſilio pulſo libidines: quæ ſunt innumerabiles iracũde q̃ tenerent oia ego nihil iſto aiato homine miſerius ducerem. Poeta etiam in. xi. pone animas: & pulſus abi. Hee uariæ aiæ ſignificationes longe ab inſtituto alienæ ſunt. Anima poſtremo eſt ſpiritus quo uiuimus. Et ſentimus & ſecundum locum mouemur ex ſecũdo de anima. Poeta ẽt georgicorũ quarto. Animaſq; i uulnere ponunt. Et ſecundũ hãc animæ ſignificationem eius naturã ꝓ meo captu iueſtigare curabo: eo pacto: ut priſcos illos phyloſophiæ patres ac duces i prima acie collocatos eorũ de aia ſnias audiamus. De ipſa equidẽ multis celeberrimis uiris oportunũ uiſũ ẽ q̃ ab Ariſtotile lõge abunde dicta ſũt: breui q̃dã narratiõe i unũ cõgerere atq; enucleare ueterũ patrum ſnias depromere. Verũ cũ nihil uerũ: nihil catholicũ afferant: repudiãde forent. Sed quia aiaduerto: nec fruſtra Ariſtotilẽ i oibus fere ſuis ſermõibus tẽptaſſe eorũ ſæpenũero ridiculoſa nõnũq̃ ſobria dicta iſerere: ut tãdẽ ex multis uariiſq; hoium diſſidẽtium opinatiõib9 uerã itegrãq; ſniam cõperiret: ſic mihi i oib9 emulãdũ iſtitui: ut tãdẽ his abiectis uere fidei rudimẽta ponãus. Macrobiũ: Albertũ: Bartholameũ d ꝓ

Seruius
Porphirio
Aiæ equiuacatio
Poeta
Turtius
Plautus
Cecilus

Poeta

prietatibus rerũ paululũ dormiẽtes quiscere sinamus. Et aduendat ysraelita phũs audiendus est. Is in sermonibus de aia quos ex arabico trãstulit in latinũ iohãni erchiepiscopo tholetanæ sedis & hispaniarũ primati: in parte prima capitulo. ii. inquit. Scimus igit' q̃ antiqui dissenserunt ĩ cõsideratione aiæ: quia ĩ uia pueniendi ad eam dissenserũt. Quidam enim illorũ cõtenderũt comp̃hendere sciam aiæ p motum. quidã autẽ p intellectũ seu app̃hensionẽ. Quidam autẽ eorũ p utrũq;. Quidã autẽ eorum p uiam indifferentẽ simplicitatis. Primi oium qui p motũ naturã aiæ inuestigare adorti sunt: uiderũt q̃ non uenit scientia de aia (eorũ arbitratu) nisi ex motu. & q̃ motor primus instrumẽtalis instrumenta habet accomoda admouendũ membra musculos & neruos: & eni qd̃ mouetur ex se ipso: impl'e ẽ moueri: Vnde posuerunt aiam imortalẽ. Et huius erroris causam adiuenerunt: q̃ pp̃ hoc corpora cælestia nõ corrumpunt': cuius rei causa ẽ ppetuitas sui motus. Ex his cõcludit aiam mobilẽ ex se ipsa. Quidã aũt ex eis negauit aiam eẽ corp9 sed posuit eã substãtiã ĩcorporeã mobilẽ ex se ipsa. Alii uero posuerũt eã eẽ corp9 mobile ex se ipso. hic error dicearchũ ad se rapuit. Is aũt ĩ eo ſmone quẽ corinthi habitũ trib9 libris expõit doctorũ hominũ disputationẽ. Prio libro multos loq̃ntes facit. duo9 fer Chratẽ q̃ndã phiotã senem: quẽ ait a deucaliõe ortũ disserẽtẽ. iducit nihil esse animũ. Et hoc ẽ nomẽ totũ iane. frustraq; aialia & aiantes appellari: neq; eni ĩ hoie eẽ aiam: uel animũ: nec ĩ bestia: uiq; oẽm eã: q̃ uel agam9: q̃d ue sẽtiam9 ĩ oibus corpibus uiuis eq̃biliter eẽ fusã nec sepabilẽ eẽ a corpore. qppe q̃ nulla sit: nisi corpus unũ & simplex ita figuratũ: ut tempatiõe naturæ & uigeat & sentiat.

Democritus leuib9 rotũdisq; corpusculis aium cõficit: ut ĩ sui motus ppetuitate habilior eẽt. dicit hos spirãdo aial athomos attrahere huic ĩeptiæ adiecit sane rem aliã ĩeptiorẽ. dicẽs q̃ spirare ẽ aiæ nutrimẽtũ p restaurationẽ &. n. aliorũ eiusdẽ generis athomorũ loco eorũ q emissi sũt. aia ĩ esse pseuerat. Et dixit eos esse mobiles non aliũde q̃ a se ipsis: ut clarũ est p motũ eorũ quẽ uidemus in spatio aeris. Et ut limatius democriti aliorũq; sociorũ errores aperiã. Scito primos phiæ parẽtes cãm materialẽ reliqs tribus fuligie ignoratiõis tectis omissisq; tetigisse. ppterea q̃d maxime ĩ corporibus motiuum erat. id aiam fore censebant. Id aũt erat (eorum arbitratu) calor & ignis id circo Democritus aiam ignẽ dixit: aut calorẽ ratus. Cũ. n. oium entium principia sint corpuscula minutissima casu concurrentia: quæ athomos appellat: qui non unius figuræ tantum: sed infinitarum sunt: Illos præsertim animas constituere arbitratus est: qui sunt rotũdæ figuræ: aut eiusdem naturæ specifice: & quia credidit animam: aut ignem: aut calorem esse: eo q̃ naturali experientia uidebat atq; didicerat naturalem calorem esse animæ instrumentum: cõclusit globosos ignem & calorem constituere. Leucippus democriti collega & suæ simultatis ferox emulator. superiorẽ opinationem manibus pedibusque paucis adiectis tenuit atque docuit. Sed cur ex athomis globosis dumtaxat animæ cõstituantur & non ex longis quadratis penthagonis exagonisque diu in hac re anceps & cogitabundus fuit. tandem quæstionem ita dissoluit. Rotunda equidem figura (ut alias prærogatiuas sileam) est enim figurarum prima capacissima deo simillima Auctore Hermete deum per hanc diffinientem figuram. Deus inquit est spera intellectualis: cuius centrum est ubique: circunferentia uero nusquam est. Dico per omnia maxime penetrationis eo præsertim quando pariseria est mini-

Auendat

Democritus

Spirar q̃d dicit secũdũ democritũ

Leucipus

Q d̃ dicit deus secundum hermetem

ma. Cuius duæ extant rationes: quarū prima est. Quoniā illud quod secundum punctum tāgit: utiq; non secūdū totum: sed secūdū minimū & oio indiuisibile tāgit. Nam punctus: neq; q̄titas: neq; q̄titatis ps est: cum sit eius terminus ideo omnino secatione atq; partitione caret. Tale tangens maxime penetrat. Sperici autē corporis circunferentia: quocunque se uertat: non utique nisi in puncto uel planum uel etiam spericum tangit. Figurarum autem aliæ species: & secundum punctum: qui in angulo collocatur: & secūdū latera tāgere possunt: ut planum a plano. Itaq; non semper penetrant. Item linea circularis: uel speralis ocius obliquabitur quam linea recta protracta uersus eandem partem circa quam fit curuatio & ideo penetrationi minus resistit. Quia igitur uidebāt animam ubiq; corpori semper adesse: arbitrati sunt: ipsam rotundam & orbicularem esse atq; etiam indiuisibilem: penetrationique accomodam. Verum cum globosum sit de se uolubile eoq; supra punctum non sit status. cum omnes loci rationem a se penitus excludat (nam locus est ultima superficies) Itaq; spericum quocunque uertatur: semper est in puncto. Ideo ipsius non est quiescere sed semper moueri. Dixerunt ratiōe cogente animam rotundam perpetuo se mouentem & sua uirtute omnia impellentem. hæc sūma opinationis & democriti & leucippi ut paucissimis perstrinxi.

Cur aiam dixerunt rotundam

Cur speri-cū corpus nō qescit p fecte

Digressio declarans naturam & athomorum genituram. Capi. iii.

Memoria teneo: in plerisq; libris sepenumero cōperisse democriti phi opinionē: quā & Cicero noster i primis: & Aristotiles stagirites: & ut ad nostros ueniam. Ambrosius & Augustinus uiri oium pcul dubio scientiarū illustrissimi cōmemorant. quā pterire paululum subrusticus pudor uetuit multa quidē iā satis a me icōposite dicta sunt: quæ opinantiū errorē pse ferunt. Ad id uero qd anxium est flecto ingenium. Quid sit turba hæc corporū idiuisibiliū: Audiamus Aristotilis præclaram sniam: Athomi sunt decisiones minutissimæ per aerē discurrentes quæ in radiis solis uidentur: apertio fenestræ aut hostiorū rime satis quid sint demostrāt: Nā puitate atq; ipsorum subtilitate penetratur omne dyaphanū: sicut. n. lux sua tenuitate atq; uirtute quæq; perspicua subintrat: sic athomi solis semp cōmittant radiis: quo fit: ut quocunq; lux ingressa fuerit: secū pariter & minutissima subintrent corpora. Generantur autē ut meminit albertus ex reliquiis uaporū eleuatorū dupliciter: uno si quidem modo quando eleuantur uapores e terra sūt quedā minus cōmiscibilia ob earum exiguitatem & propter earū terrestreitatem q̄ alia & illa aerem petunt: quoniam ceteræ ptes uaporum continue eleuantur. Similiter quando uapores resolutionem patiuntur terrestria admodum sicca separantur: & in aere remanent. Verum cum in ipsis corpusculis calor foueatur: uigore ipsius e terra in aerem eleuantur. Mouentur aūt sursum calore siccitate atq; leuitate impellēte. Sed terrestreitate deorsum ferri cogunt: Sicut clarū est ex motu illo quasi cōtrario. Rursus cale fiunt: quo suscepto extemplo qui deorsum iacebant reascendunt & ita incertos & uagos motus in aere habere uident. Sed nūc reddeo unde digressus sum. Auēdachim ex quattuor elemētis & ex uictoria & amore quasi quibusdā rudimētis cōstare dixit istar empedoclis. Sex pricipiorū rerū genera ponētis quatuor. s. materialia: ut elemēta ipsa: & litē & pacē agētia ob id uoluit ex his oibus elemētis: nō solū aiam: sed unumqdq; constare. Plato essentiam se mouentē appellat animam triplī

Cicero Aristotiles Ambrosius Augustius

Athomi quid sine

Albertus

Auēdachis

cemq; eã fingit: ut Cicero docet. Cuius pricipatũ. i. rationẽ in capite sicut in arce collocauit: & duas uoluit separe partes irã & cupiditatẽ. quas locis iram i pectore cupiditatẽ subter p̃cordia eẽ ratus est. Melissus p motum aiam eẽ diffiniendam censuit. id Cicero cũ uideret & adamas & magnes ferrũ attrahere: opinatus est aia non carere. Diogenes aiam aerẽ eẽ putauit: eo quia & cognitiuo & motiuo aiam diffiniendã arbitratus ẽ. Almeõ autẽ: non fumum: non uaporẽ ut plerisq; uisum fuit aiam dixit: sed diuinũ qd̃dam se sp̃ mouẽs. Xenocrates ai figurã & quasi corpus negauit: uerũ numerũ eẽ dixit: cuius uis i natura maxima esset. Pythagoras & Philolaus Armoniã: ut aristoxenus musicus: qui ipsius corporis itensionẽ quãdã ueluti i cantu & fidibus quæ armonia dicit: sic ex corpis totius natura & figura uarios motus fieri credidit. Aristotilẽ ignitã endelichiã ut Macrobi9 affirmat. Possidonius ideã. Asclepides quiq; sensuũ exercitiũ sibi consonum. Hypocrates spiritũ tenuẽ p omne corpus dispsum. Eraclitus phisicus scintillã stellaris essentiæ. Eraclitus põticus lucẽ. Zenõ cõcretũ corporis spiritũ. Crytholaꝰ pypateticus de quita eẽntia cõstare. Hypparcus ignẽ: uel ignis uigorẽ: ut poeta cecinit Igneꝰ ẽ illis uigor & celestis origo. Anaximenes aera. Empedocles & circias suffusũ cordi sanguinẽ. Parmẽides ex terra & igne. Xenophãtes ex terra & aq̃. Boetes ex terra & igne. Epicurus ex igne & aere & spiritu mixtã. Anaxagoras nihil i hac re certi affert: iterdũ ab aia sepat intellectũ: quẽ purũ simplicẽ segregantẽ materiæ imixtũ dicit corporeo orgão uacãte. Nõnunq̃ idempticat eũdẽ aiæ: usq; adeo ut p̃ter intellectũ nihil sit aia. Et ulteriꝰ igressus uoluit itellectũ eẽ in oibus aiantibus ẽt minutissimis. Duo rerũ pricipia cõstituit: quorũ alterũ efficiebat. alterũ uero laborabat. Efficiẽs dixit intellectũ omnia cognoscentẽ secundũ formas quas apud se recõditas habebat. Hũc itellectũ dixit aiam. chaos qd̃ ẽ rudis idigestaq; molis erat ipsa cõfusa cõgeries alterũ principiũ i quo ueluti i seminario quodã: formæ generãdæ latitabãt: quas itellectus ille extrahẽdo ad actũ deducebat. Quidã uero cordis fumũ & uaporẽ aiam dixerũt: & ex ipso oia oriri eundẽq; dixerũt icorporalissimũ & mobilissimũ eo q; sp̃ fluat. Et uoluerũt q; nihil sit entiũ qd̃ non cõtinue moueat. Id circo cũ cognitio sit p assimilationẽ oportuit q; cognoscens oia sp̃ esset in motu: Et quia uaporẽ & fumũ maxie mobilia. dixerũt (ratioe coacti) aiam eẽ aut cordis fumum aut tenuẽ uaporẽ. Nõnulli quorũ noia me fugiũt aqueũ humorẽ aiam dixerunt a semine aialiũ qd̃ est generationis ipsorũ origo trahentes ymaginationẽ. Nec caruerũt ratiõe. Quoniã oium generatorũ: semen est humidũ aquosũ & aliqualiter dẽsũ: propterea facillime membrorũ effigies suscipit. Et quare uidebãt uim formatiuã esse in humido p uiscositatẽ spmatis. quæ format oia membra in embrione & hanc putauerũt esse humidi naturã i semine: eo q; nullã præter materialẽ cãm cõsiderauerunt. Dixerũt ergo humorẽ formare i se ipso organa: & postea humorẽ seminalẽ illis organis ibibitum aiam dixerunt. Sed qui per uiã indifferentiæ animæ naturam comprehendere uoluerunt: non apti sunt quod uolebãt & operam atq; industriam simul amiserunt: Nam dissidium eorum non tacebo. Quidam calorem naturalem quo fouemur & uiuimus animam dixerunt. Alii uero frigiditatẽ: anima enim ab anelitu est appellata: anelitus est frigidans: & omnino frigidamur per attractionem eius ad custodiendam substantiam animæ. Quidam autẽ sanguinem: effuso quippe a corpore sanguine uita deperit. Alii spiritum esse cõstan

Melissus
Diogenes
Almeo
Xenocrates
Pythagoras & philolaus
Aristoxenus
Aristotiles
Possidonius
Asclepides
Hypocrates
Heraclitus phisicus
Heraclitus ponticus
Zenon
Chritolaus pipateticus
Hypparcus
Anaximenes
Empedocles & circias
Parmẽides
Xenophãtes
Boetes
Epicurus
Anaxagoras
Alii
Aliqui alii

Zenon Crysipus

ter affirmant ut zenon quo recedente a corpore moritur animal. Idem crysippus uena & eadem inquit certe respiramus & uiuimus. Spiramus autem naturali spiritu: eodem quoque & uiuimus. Sed uiuimus anima: naturalis igitur spiritus anima inuenitur. Quidam autem complexionem. quoniam q̃ diu fuerit stabilis non mutabitur sanitas uitæ. Quidam autem pythagoram emulantes armoniam aiam dixerũt. Armoniã. n. dixerũt. Armoniã & ꝓportio & cõmixtionis tẽperamẽtũ sunt de natura animæ. Videbant enim hi omnia commisceri secũdum medietatem geometricam: & medietatem rationis siue proportionis temperamenti & compositionis & mixturæ & sic animam esse iudicauerunt. Huius autem sentẽtiæ defensor primus fuit empedocles: qui ullam omnino formam in euntibus esse dicebat nisi talem rationem armoniæ: & cum forma quædam sit anima eam armoniam quandam dicebat. Galienus eam corporis complexionem dicebat. Nam ex diuersis complexionibus in nobis uarii causant̃ mores. Nam sanguinei hylares iocundi festiui. Melanconici ihertes pigri tristes. Colerici yracundi sunt. Nõ prætermittam Varronis opinationem. Anima inquit his est aer conceptus in ore: deseruefactus in pulmone temperatus in corde diffusus in corpus. Habes mea sententia de anima omnium fere antiquorum firmas quas confutare atque euellere cum laboriosum opus non sit tamen inane censeo. manifestissimos enim errores rationi repugnantes præse ferunt. Nam tanti est ueritas ipsa: ut omnes inepti as atque falsa hominum commenta abigat.

Empedocles

Galienus Varo

Quid sit anima rationalis secundum opinationem hereticorum. Capi. iii.

Pere prætium erit (ut recte arbitror) abiectis his philisophorũ uanitatibus: hereticorum non minus stultas q̃ sacrilegas opinationes subuertendas persecrutari: ne aliquid intactum (prout mediocritas ingenii tulerit) præterisse uideamur. Fuerunt ea tempestate qua florebat Augustinus. Hyeronimus: Ambrosius: Hylarius: heretici qui mira ac indicibili callidi tate simplicium animos propulsantes: ac in eosdem nescio qua iclementia iampridem conceptum uirus euomentes: totam christianorum religionẽ instar arpie fedantes: subuertere moliti sunt. O peruersam homnium conditionem. O pernitiosam christi & immaculatæ sponsæ eius stragem. O seuam atq; terram bestiam diuinum cultum deuastantem. Quis sane mentis neget malorum per magnam eẽ copiam uirorum: ab eorum tamen periculis aliqua prudentia aliquo consilio aliqua denique moderatione se præcauere possunt habeo. Superbos humilitate: iracundos taciturnitate: homnium uiolatores pietate: uiolentos prædones opulentia deuinces. Et si parum hæc sint usui uel ad remittendas culpas: uel ad demulcendos animos. Sunt tamẽ multa nobis aduersus eos iumenta: scilicet carceres: dãna: exilium: mutilationes: cruces: & plurima alia præsidia. Pernitiosum autem hereticorum genus & ocultum: quo pacto: qua arte effugias incognitos: fallaces: prius opprimentes: q̃ suspicatus fueris nocituros difficile censeo. Medici si optime egritudinum causas cognouerint facile bonam corporis ualitudinem languenti inducent: quod utique non possent si eas ignorarent: Quis est enim modus sanandi morbos incognitos: quæ percipiendi solertia: quæ astutia præcauendi. hominibus blande loquuntur simulatam sanctimoniam oculis intuentium obiectãt cultum: Religionẽ: ultra mortalium curam præse ferũt. Semper ora semper oculos:

non cœlum ſpectantes: ſed defixos potius in terram temporalia contuentes ut uideantur cœleſtia abhorrere & mirum immodum fragilia expectere: nullum uerbum in buccam: niſi ſcriptura conditum uenire poteſt. Sic uerba: aut propheta rum aut euangeliorum penſitant: ſic chriſti apoſtolorumq; ueſtigia trutinant: ut exilium omnibus indicāt regni celeſtis: nemo bonus: nemo iuſtus: nemo deo gratus: niſi qui ſpretis diuinis (ut ita dixerim inſtitutis) ſibi morem geſſerint. & ſic ut homines proſternant ſubtili artificio latenter ſerpere moliuntur. At hæc execranda hominum portenta ad ſubuertendum humanum genus oppido itenta: qua calliditate: quaue arte compeſcas: dum ipſe mecum magis: magiſq; cogito obſtupeſco. non enim telo: non uiribus: ſed uerbis ueneficis terreſtribus melle ſapientiæ circumlimatis ſuccumbis. hoc uerborum lenocinio ſic ſimplicium animos illiciunt. ſic aſtu acerbitatem ſaporis aſperi: ſub prætextu ſuauitatis occultant: ut prius pernitiem q̄ nocituros ſuſpicatus fueris ſentias. Non etne ſiculis: non in phaſelicis montis chimene flammæ tot clades itulere quo. orbi uniuerſo: hæc hominū portenta ſtragem catholicorum molientem intulerunt. Aduerſum hos fallaces ſubdolos uaffros homines ingens inſtruitur diſceptatio. Sed quia ī pedes firmi nō ſunt facile fugientes inſequemur: eiſq; deuictis conſimilium pedicas declinare ſtudebimus. Ne ſimplicibus ab integro offitiant. Sed miror prorſus homines diuinarum litterarum doctiſſimos: ut Arius: Sabelius: Manicheus fuit: tantis inſignibus erroribus fuiſſe reſperſos: quos cecos fuiſſe mox oſtendemus. Nunq̄ mihi perſuaderi potuit in tantum cahos ignorationis impudenter incidiſſe: ſi archana ſcripturarum atque prophetarum oracula (ut ipſis parerat) limatius penetraſſent: Quid enim hac luce clarius? Quid hac uia planius? hac quippe igreſſi quoniam ſuauis eſt: & non præceps: non ſaxis aſpera: non obducta ſentibus: Non gurgitibus intercisa: qui piam: qui ueram: qui iuſtiſſimam tenent religionem: Facile omnes errores impios extinxere. Sed admodum dolendum eſt ſeuam truculentam atque efferatam rabiem ita mentem excecaſſe: ut errore nullum ſuauiorem cibū eſſe putent. Ita malitia eos exagitat: obſtruitque aures ut nec narranti ueritatem omni ſole lucidiorem fidem habeant. Ita perſtringit oculos: ut nihil uerum putēt niſi eorum erroribus fuerit conſentaneum: & neſcio qua mentis inſania: quaue rationis egritudine tumefacti. Auguſtinum in primis: Hyeronimum: Hylarium: Cyprianum: & cæteros in diuinis ſcripturis celeberrimos: patres atque doctores contemnant dilacerent exurrant putantes ut coniecto ſeſe in portu nauigaturos ſi horum ſanctorum patrum congeſtos labores: ī quibus eſt plurimum ueritatis & adiumenti exuſtos atque penitus deletos uiderent. q̄ deo adiuuante ſecus factum eſt tanta argumentorum copia nobis adeſt: ut pueris adhuc balbutientibus hos abdicatos reuincere operoſum non eēt. Igitur ut ad rem properet oratio.

Prima hereticorum opinio de anima

Animam ex diuina ſubſtantia eſſe rati fuerunt: nec ab re cum tantam equidem cogitationum celeritatem: præteritorū recordationem: præſentium diſcretionē: tot ſcientiarum inuentiones: tot artes: tot inuenta humanis uſibus percomoda conſpicerent: merito naturam ſic corporis molem regentem ſic moderantem: di-

uinum quoddam dixerunt. Et ut a telorum aut fulminum terroribus se se muniendo protegerent. Progredientes dixerunt diuinum intellectum ab humano disiunctum eē minime: sed unus & idem & singularis comune nobis & deo erat: qui cum in se ipso quiesceret & ad creaturarum notionem nō flecteretur: sed acie suæ mentis affixa eius naturam substantiam diuinitatem iugiter contueretur: iure qdam diuinus dicebatur: At uero comparatione ad corporis materiem habita quā agitabat per sensuum operationes & uitales motus: illico diuinitatis carebat nomine & humanitatis uestiebatur ornatu: ut idem esset intellectus qui & diuinus & humanus pro officiorum uarietate diceretur. Et si huius impii sacrilegique erroris causam expetis: exemplis rem astruunt. Phylosophia quippe omnis cō sentit: Grāmaticam: Rhethoricam: Geometriam: & sic de reliquis ut a doctore effluunt Doctrinales scientias appellari oportere: quas si auditores studendo coluerint: non doctrinales sed disciplinæ dicentur. Item mentis partus ut intellectum dicentem aspicit uerbum dicitur: quod si ad obiectum a quo partialiter generatur teste Augustino. ix. de trinitate comparetur: non uerbum amplius sed natum appellabitur. Sic intellectus qui est animæ potentia non accidentalis ut plerisque uisum fuit: sed substantialis: ut diuina meditatur diuinus est: ut corpus mouet uegetat humanus est. q̄ hoc inane commentum a ueritate sit alienum unica ratione facile patebit. Deus enim cum sit summæ simplex & actus purissimus: non mea tantū sed omnium fere sententia nulli admisceri queit. Quæ enim coniungi copularique adinuicem debent: necessum est alterum patiens: Alterum uero formam esse. Si enim phidias: aut policletus statuarius insignis herculis aut youis simulacrum ex ere aut marmore sculpere cuperet non ne es effigiem herculis suscepturū esset in potentia: respectu ymaginis cuius es est pars essentialis: Aut si homo siue quodcunque aliud brutum componitur: non ne corpus prius organis dispositum est ut potentia: cuius anima est forma? Igitur quæcunque ex partibus integrantur: alterum est ut potentia: alterum uero ut actus & perfectio: ut docet Aristotiles. Cum igitur homo constet ex anima & corpore ueluti ex partibus essentialibus: & anima sit ex diuina substātia consequens est ut ista natura sit aut potentia aut actus: quorum neutrum dici potest. Item humanus intellectus in exordio suæ creationis est ueluti tabula in qua nihil omnino aut moribus aut disciplinis depictum sculptumque est: perficitur quidem uel parentum consuetudine: uel legendi assiduitate: quibus omnibus caret diuinus. Item a sensibus omnem nostram cognitionem uendicamus. Læsa & enim uirtute fantasticha mox deperit omnis uera integraque cognitio ut in amentibus: furiosisque satis claret exemplum. Dei uero intellectus cum ab his parentibus naturæ defectibus longe alienus sit. Consequens est ut omnino a mortalium condutione seclusus sit. Manicheus impius atque infœlix heresiarcha superiori errore fedatus: idem astruit: quod scelestissimum fuit. Sed huic imperati aliā adiecit ĩsaniā: obmittamus q̄ aīam rationalē ex dei substātia dicat cū aiaduerteret

Mānicheus

mores hoīum:& quosdā sāe castos:pudicos:bene moratos: abstemios:quib9 honestate nihil maius:nihil pretiosius. Videret item & alios cordatiores paululū admodum morosos:sacrilegos:hominum uiolatores: quibus nefas omne fas putandum est: Rursus & eosdem uno tempore ad bonum impelli alio quoque ad malum flecti:Duas in homine animas rationales esse ratus est:Quarum una ad bonum rectum: iustumque prosequēdum comouet atque inclinat.Altera diuerso tueat calle & adeo harum offitia impromiscua sunt.ut nec bona malum: nec mala bonum operari queat. Sed quantum hæc opinatio ueri preseferat: sequēs cōfutatio edocebit.Stultius nescio quid dici potest:q̄ homines natura deo imortali pares facere: Quod sane neque pernitiosi poetæ:neque oratores:neque philosophi somniassent. Quid enī homini erudito tetrius:quid profecto obscurius obtigere queit q̄ duo se mutuo contradicentia affirmare:nisi forsitan ille īsulsus ad nos reddiret qui nullam discretionem inter uapulare & non uapulare ponebat.Quod & manicheus ultro profitetur.Cum enim dicat animam a deo summo omnium rerum opifice factam:non ne creaturam esse concedit: Cum uero ipsam ex dei substantia non ne apertissime creaturam esse negat. Nec enim ratio si bene quadretur:manichei errorem subuertit. Nonnulli hereticorum calliditate callentes:non ex diuina substantia ut primi:nec duas esse animas in hoīe ut secundi:sed ex natura immundorum spirituum animas rationales esse dicunt. Ita ꝙ horum arbitratu nihil est anima nisi spiritus neq̄. Quæ una cum illis in cœlo empireo culta atque omni cælesti mūere predita creata fuit. Sed ad dei pricipisque tenebrarum suggestionem:sibi parendi atque obsequendi (non ut parerat)cupidine accensa maluit creaturæ q̄ creatoris subici imperio. Tantæ igitur ī pietatis merito:in hoc uasculo luceo intrusa est:ut suorum facinorum luat pœnas.Nam animæ carcer est corpus.quibus exsolutis: ueluti ab omni labe purificata ad cœlum unde suam traxerat originem facillime reuertitur. Origeniani animas omnes in principio creatas a deo astruunt: & ipsas nescio quo impulsu a rectitudine iustitiæ defecisse.& pro diuersitate peccatorum de celis usque ad terras diuersa corpora:quasi uincula meruisse: eaque causa factum esse mundum. Origeniani

Tertulianiste animam immortalem sed corpoream dicunt: sed animas impias atque uariis uiciis obnoxias post homnis mortem ī demones reuersuras credūt. Tertulianisti

Sed multis mirum uidetur ex qua sentina nautam istam insalubrem hausserint ii sacrilegi: quibus diuina eloquia semper patuere. At pythagoricorum platonicorumque doctrina non insuauis multos in hanc tenebram impegit. Nam primus transcorporationem & animorum circulum statuit ut ipse de se meminit dicens.Morte carent animæ semperque priore relicta.Sede nouis domibus uiuunt habitantque recepte.Ipse nam ego memini troye tempore belli.Panthoides euforbius erā.Nec ab re ab hoīe ea tēpestate doctissimo sapiētissimoq; cōficta fuisse putādū ē.Cuius auctoritas tāti quodā fuit teste Ciceroē ī libris quos de natura deorū iscripsit:ut si quid ī cōtrouersiā disputādo uenisset: quereretur q; ex his qua Versus pāthoides euforbius

re ita esset: respondere solitos ipse dixit. tantum si quidem de ipso oraculum fecerat: ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Nam cum ea qua semper utebatur grauitate. continentia: frugalitate: modestia: temperatiõe hoies doceret: ruperet que admodum ab omni uitiorum illuuie absterere dixit animas hominum in pecudes iumentaque meare: ut quod panigericis mendacibusque uerbis non poterat: saltem horrore eos cõpesceret. Sic Firmianus noster excusat. Sic Naso poeta haud ingnobilis eleganti stilo eius ineptam usurpauit opinationem ita. Parcite mortales dapibus temerare nefandis. Corpora sũt fruges sunt deducentia ramos Pondere poma suo tumideque i uitibus uue. Sũt herbę dulces quæ mitescere flãma molirique queant. Nec nobis lacteus humor eripitur nec mellathimi redolẽtia flore. Prodiga diuitias alimentaque uitia tellus suggerit: atque epulas sine cede & sanguine prebet. Carne fere sedant ieiunia: nec tamen oẽs. Quippe equus & pecudes armentaque gramine uiuunt. At quibus ingenium est immansuetumque ferumque. Armeniæ tigres: iracundique leones: Cumque lupis ursi dapibus cum sanguine gaudent. Heu quantum scelus est inuiscere uiscera condi. Congestoque auidum pinguescere corpore corpus. Alteriusque animantem animantis uiuere lęto. Scilicet in tantis opibus quas optima matrum. Terra parit nil te nisi tristia mandere seuo. Vulnera dente uiuat rectusque refere ciclopum. Nec nisi prodideris aluum placare uoracis. Et male morati poteris ieiunia uẽtris At uetus illa etas: cui fecimus aurea nomẽ: Fetibus arboreis & quas humus educat herbis. Fortunata fuit nec polluit ora cruore: Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas. Et lupus impauidus mediis errauit inaruis: Nec sua credulitas piscẽ suspenderat hamo. Cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem. Plenaque pacis erant: postq̃ non utilis auctor. Victibus inuidię quis quis fuit ille deorum. Corporeasque dapes auidam demersit in aluum. Platonem quoque animas hominum post mortem resolui: usque ad corpora bestiarum scripsisse certissimũ est. Plotinum a suo item non discrepasse præceptore. Ex eadem palestra poetam dixisse constat. in campos elyseos purgatas animas missas: quo nomine tanq̃ per fabulam uidentur significari gaudia beatorum. Ad fluuium letheum euocari. hoc eo ad obliuionem præteritorum: scilicet imemores supant conuexa reuisant Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti. Porphirio dictorum plois emulatori ymaginatio tantorum doctissimorum hominum iure displicuit in hominũ sane: non sua quæ dimiserant corpora: sed alia noua redire humanas animas arbitratus est. Puduit: scilicet illud credere: ne mater fortasse filium in mulam resoluta uetaret: & non puduit credere ubi resoluta mater in puellam filio forsitan nuberet. hanc animarum usque in bestias cõmigrationem credidit. Apuleius in libro quem de asino aureo titulo inscribit. qui de se dicit q̃ ueneno accepo humano aio pmanente asinus erat. Sic sotios ulyxis in bestias mutatos fuisse poetarũ fabellę docent. Sic Archades in lupos fuisse cõuersos tradit uetustas. Empedocles ait animas nõ naturã modo agrestẽ & feram sortiri: sed etiã formas uarias. Cũ ita dicit. Nãq; ego iã dum uixi puer & solida arbore tales & excindi aial: tum

Ouidius

Plato
Plotinus

Porphirius

Apuleius

Empedocles

lethea uirgo non iuxta sexus siluestrem conuersionem: sed indiuersarum animantium ut ipse aliis testatur uersibus. Mactat pater impius artus: diis epulum libās seua pce territa me hostia luctifica fuescat. p dape mēsā natus. itē ut pecudes cedit matremque patrēq;. Nō sentit caros mandens sub dentibus artus. item alio loco. comprimite o gentes homicidia. non ne uidetis mandere uos proprios artus ac uiscera uestra? Nec omnes in eadem sorte esse conuersuras aperte docueret premia uictricibus uiciorum animis reditum ad cęlestem sedem perpetuamque immunitatem constituerunt: his uero quæ libidine se cōmaculauerit in munere uitæ sedem aspiorem congruamq; moribus & instituto uitæ futuram. si quidem ex uirili sexu transeant in fœminę formam. Quæ uitam meliorem tempantemq; delegerit ad meliorem fortunam reuocabitur: Porro si deterior facta erit: deteriusq; uiuet propter nimiam amplexationē uitæ destinabitur infeliciori: quo adusque sere naturæ perueniat imanitatem. Quanto creditur honestius quod sancti & ueraces angeli docuerūt reuerti animas ad ppria corpora semel: quod fides christianorum tenet atque docet q̄ totiens reuerti ad diuersa. Merito hoc displicuit porphirio: qm̄ re uera credere stultissimum est. ex illa quæ uita beatissima esse nō poterit: nisi fuerit de sua eternitate certissima. desiderare animas corruptibilium corporum in labem & ad ista inde remeare tanq̄ hoc agat summa purgatio ut inquinatio requiritur: singularis dementiæ est. Si enim quod perfecte mendatur hoc efficit ut omnium obliuiscantur malorum. malorum aūt obliuio facit corporū desiderium: ubi rursum implicentur malis. Tēpus nunc est ut aliqn̄ me colligā. Heretici his deliramentis respersi non tam praua de se q̄ de diuina iustitia sentientes. In primis diuinum eloquium corrumpunt cum omnes auctoritates quæ diuinam insinuant ultionem: ad cominationem potius q̄ ad ueritatem trahant. Scriptum est in sacris litteris: Ite maledicti in ignem eternum: uobis cæterisque spiritibus inmundis paratum: in quibus sane comprehēditur q̄ si magni sit misericordia altissimi: non tamen tanti ut excludatur iustitia quam demoliri origenianiste propensius putarunt. Quid enim iuuaret piis integerrimisq; uirtutes atq; mores excoluisse: si tandem omnes paricide: adulteri: ganei obligaritores: sacrilegi: paria premia consequerentur: Nihil (horum arbitratu) interrerit an Aristides quispiam sit an phallaris: Cato an Catelina: Petrus an Iudas: Augustinus an manicheus postq̄ comune illis & istis erit bonum. quod astruere īsanie est. Item transcorporatio & animorum circuitus stare nequeunt. Et fortassis ueteribus illis philosophiæ cultoribus ignosci oportet. Cum ea luce caruerint qua & abdita quęque atque obscura in lucem prodeunt. quam in diuinis sermonibus & Origenes & sui emulatores comperire potuere: Nam sanctus Iob ait. Scio q̄ Redēptor meus uiuit & in nouissimo die de terra surecturus sū: & rursum circundabor pelle mea & in carne mea uidebo deum saluatorem meum: quem uisurus sū ego ipse & non alius. Docuit item semper phia ipsa propriam formam non uagari per alienas materias: sed una quæque determinatam habere. Quid postremo ut ad calcē ueniam stolidius q̄ aia in hoc corpusculo: ueluti in quodam carcere obscurissimo habitantem astruere: quod genus hoc hoium. Expientia quippe omnium rerum genitrix & alumna eiuscerei contrarium portendit. Ex loco eni iculto squalido tetro odore fedo: quam uoluptatem quā ue iocūditatem quispiā

Sācti ãgeli

capiat non uideo. Solent enim homines cõsilia declinare loca. & si forte fortuna p ea meare obtigerit: obturant nares: ne odor ĩsuauis offitiat. hæc ita se se habere certo experimento didicimus. Si igitur aię domicilium est carcer: quam uoluptatem inde capiet anima. Aut cur tantum reniteret ne dira illa fieret disiunctio: Naturale quidem est homini nolle hac ueste grauato expoliari sed superuestiri: Nemo est qui mortis calamitate non phorrescat. filius dei iugi deprecatione deum & parentem exoratus est: ne eam quã p salute generis humãi mortem pati oportebat: subiret: quod utique non egisset: si corpus esset animæ carcer. Item quantis doloribus: quantisque calamitatibus affitiatur humanum genus: Et. n. non mihi si centum deus ora sonantia linguis ingeniumq; capax totumq; elicona dedisset: omnia morborum pcurrere nomĩa possem. Quis tanta dicendi copia preditus enumerare perfunctorie posset. quot libidinibus inflamamur: quòt timoribus solicitamur: quot denique torquemur doloribus. Nec solum ut inquit noster tragicus. Turbine magno res solicite uerbibus errant: Trepidiq; metus: Verum etiam pugnę bella: discordię: odia: seditiones: ita crebrius excitamur ut i nostra uita nulla sit in terra pedo molestiæ: Sed hæc oia & longe maiora aspioraq; equanimiter ferenda essent: potius q̃ mortis horrorẽ degustare. Idem astruit exitus aiæ a corpe. Non eni fierẽt tot dolorũ pœnarũq; insignia: Nec tantope se tueri i hac miseriarum ualle cuperet homo: nisi quia acri dolore angitur uoluptates deserere: quas ex uitę comodis uendicabat. aut quia dolet multo uelocius migrare quottidie q̃ intrauerit. quã cõtuens ille diuinarum lrarũ clarus interpres Hyerõimus merorẽ exclamare cogitur: O mors quæ fratres diuidis: & amore sotiatos: crudelis ac dura dissotias. Ex quibus satis liquet animam corpori esse coniunctã: non tanq̃ carceri: sed ueluti sotio & germano. Id circo hos abdicatos homines: & utinam homines e nostro campo deiectos relinquendos cẽseo. cũ amodo nobis fas non sit congredi aduersus eos qui suis uestigiis stare nõ possũt. Rẽ igitur adortam nauare properemus: quam exequi leuius erit: his abiectis erroribus: quibus ante tenebatur obnoxium humanum genus.

Quid sit anima rationalis secundum ueritatem catholicam. Cap. iii.

EXactis itaque erroribus animæ ratiõalis: Nunc superest tentare difinire naturam eius: quam moliri prisci illi: quorum fama celebrabitur per omne euum: exerciti defexique fuerunt. Nec omnes ueteres illos ciere struxi. Ne longior sim in exequendo hanc rem q̃ uelim: sed illos duntaxat conueniendos puto: quorum ope atque diligentia inceptum illustrabitur negotium. Amoliantur hinc heretici facessant philosophi. Et ut equum est diuinis scriptoribus paululum concedant. Tantam prouintiam frustra adorti sunt patres illi: cum hoc celeste atque archanum misterium: non nisi a purgatis mentibus perscrutari possit. Nam ab impuro purum attigi nefas est apud platonem sed missa isthæc faciamus. Multifarie genus substantię esse partitum omnes tam philosophi q̃ theologi concinunt. Vnum si quidem quod nec anima: nec spiritus nec uiuens est: ut Aurum: Argẽtum: es: lapides: & reliqua eiusdem generis in uisceribus terræ calore solis syderũque decocta: nec uegetant: nec agitantur ex se: & ideo in genere iaiatorũ merito collocata fuerũt.

Alterum quidem sic est spiritus: ut nullo modo aiam eē possit: Intelligētię quippe orbiū motrices & ēt quæ diuino famulantur imperio intelligunt: discernunt sciunt: & tamen animæ nō appellantur: quia corporibus carēt: quibus animæ sēp inherent. Alterū sic est aia ut nulla rōne spiritū esse possit: ut in plantis arbustisq; oibus aia uegetatiua: Nā quæ a terra p radices trahūt hūorem medullā habēt per quā uiuūt & nutriunt. id qd' est pricipiū uitæ & nutricationis aia dūtaxat appellatur. In aiantibus uero additur sensatio p quam animalia agitantur. Postremū est qd' ē aia & spiritus. Nā ut corpori unitur ueluti pfectio pfectibili aia appellat: ut uero itelligit & seperata māet spiritus dicitur. Istis fere modis totum substatię genus euacuatur. Qui uero aiæ rationalis naturam diffinire adorti sunt ut aiam solum aut ut spiritum duntaxat aut ut aiam spiritum diffinierent quorum discretionem ac differentiam in earum consignatione patebit.

Prima diffinitio animæ Rationalis.

Diffinitio alexandri de aia

ALexander in libro suo de motu cordis ut spiritus est animam diffinit ita anima est substātia icorporea itellectualis illumiationis a prio ultima relatiōe pceptiua. Verū cū diffinitio sit terminus ,pfūctorius unū qdq; claudēs infra limites suæ spēi aut generis opus ē ad ipsarū expressionē abūdatioręq; intellectum aliqualiter imorari. Sapiūt & eni primorū pricipiorū naturā quasi substantia licet pua in uirtute tñ maxima uidet: ita singularū rerū diffinitiones ingētē cōtinēt substātiam quā nec dauus: nec Edippus oraculorū interpres exculpere quiret. nec quispiam alius nisi esset florentissimo atque accerrimo ingenio preditus. Rem igitur memoratu dignā ipse aggredi uideor uidere. Cū mea opa id effecero ut idocti ad ueram religionē: & docti ad uerā sapiam dirigātur. Quod utique fiet spero: si harum diffinitionum obscuros atque altissimos sinus aperiam.

Igitur Alexandri diffitionū adoriamur. Oia quippe ī primo uerborum cōtextu clara sūt: nisi quod in calce ponitur. s. Illuminationis a primo ultima relatione pceptiua. Sed hanc diffinitionis molem maturare ipse nescirem nisi exempla mihi additum prestarent. Proponatur in medium sol. In ipso nempe tria consideranda sunt: scilicet natura lux lumen: plura pro nec oportūa non sunt. Naturā eius tetigit secundus phūs. Adriano cæsari describens litteris. Nam perpetuum silētium sibi indixerat ob indignum facinus quod comiserat de matris cōtinentia piculū sumens. Sol igitur est oculus dei noctis concreato cœli & naturæ pulchritudo naturę gratia horarum distributor: in his autem tot officitiis quæ de sole dicūtur non frustra: nec ad laudis pompam lasciuit oratio: sed res uere per uocabulorum offitia deseruientium exprimuntur: Et cicero noster ait dux & princeps & moderator luminum reliquorum mens mundi & temperatio est sol ipse. habes p functorie offitium magis ex his q̄ naturam uel rei essentiam. Sed Cicero sciens & cæteras stellas habere lumen suum. solamque lunam proprio carere. obscuritatem diffinitionis huius liquidius exsoluens ostendit secundum: scilicet a sole esse maximūque lumen: id circo ducem & principem dicit quem heraclitus fontem cęlestis lucis appellat. Duxē: quia omnes luminis maiestate præcellit: Tertiū patet: Nam eius iradiatione atque splendore cuncta conspicantur: sic in supercelesti illo atque diuino sole. i. deo tria hæc aniaduertere iubemur. Primum q̄ est. s. quia est oīum rerū causa atq; origo a quo ueluti a fonte quodam omnes creaturę

Secūdus philosophus Solis descriptio

emanant: Cui singulariter esse competit: Nã creaturæ oẽs diuini esse participationes quedã sunt: Teste Dionisio. Secundũ ẽ lux ipsa quæ sicut in oculo ẽ ratio uidendi ita intellectus qui est lux animæ rationalis ratio itelligendi. Quid enim esset deus mente & ratione carens: nisi lutulentũ aial? Igitur cũ diuina natura oibus rebus pstare uideat: idignũ quippe eẽt ea carere pfectioe qua cũcta discernũt: Et cũ diuinus ille itellectus sit infinitus atq; imẽsus cõsequẽs est ut obiectũ equalis ambitus atq; cõtinẽtię assignetur. Id aũt eẽ diuinã essentiã aut naturã oẽs sachri theologi clamant: in qua ueluti ĩ quodã splendidissimo atq; illustrissimo speculo idee rerũ oium relucẽt. Tertiũ ẽ quia est quoddã nos suo benefitio illuminãs. Intellectus equidẽ hũanus ex se atra quedam fuligo est: Illustramur aũt ad cõtuenda oia diuinę lucis benefitio. Vt iacobus inquit oẽ datum optimum & oẽ donũ perfectum desursum est descendens a patre luminũ. Et Ioãnes in euangelio. Erat lux uera quæ illuminat oẽm hoiem ueniẽtẽ in hunc mundum. Subtracta ab hoibus luce ista qd aliud ẽ hõ nisi tenebra & caligo. Propterea phi ipsi hoc cęlesti benefitio carentes relicta ueritate quã neruis omnibus inquirere sũmopere curarunt: per deuios anfractus gradientes in horridum ignorationis cahos lapsi sunt perceptio ãt luminis ista duobus modis fieri potest: aut quo ad actum primum luminis: aut qd ad actum secundũ. Est aũt actus primus rei natura & essentia sicut animal rationale & hominis actus prius. Secũdus uero est rei ipsius bene eẽ: sicut esse sapientem iustum castum beñ moratu est hominis bene esse. & ne eiusce rei scropulosa difficultas ab inquisitione ueritatis homines absterere hẽat: qd̃ uerbis aut litteris uix depromere queo: exemplis certe rem ipsam aperiam. Lumẽ igitur duabus discũctissimis materiebus inheret alio quidẽ & aliquo effectu. s. igni & aeri. Ignis & enim lucem suam qua opaca & terrestria illuminat: qm̃ celestis est a quinta essentia perhemniter suscipit: nec intelligi potest precessione ulla. Lumẽ substantiam ignis preisse. Omitto in presentiarum: quæ de prioritate uel naturę uel originis iter doctos uersari solent. sed de tẽporaria mora nobis est sermo. Nõ enim prius lumẽ ab essentia cœli q̃ ignis substantia egreditur: sed hæc duo. s. substantia ignis & lumen quod est accidens eius cõnaturalia atq; cõtemporanea sunt: & adeo sibi mutuo coherent: ut nulla tempestate diuelli ac disiũgi queãt. in quibus duobus actus primus luminis consistit. Bene aũt esse luminis quod est actus secũdus: sic describi põt. Est. n. cõparatio ueluti aeris tenebrosi cui accessione lumine sensim facta lucis: illuminatur. prius quidem est aeris substãtia. postea solis lumen perficitur: talis profectus merito bene esse appellatur: Cũ igitur duo tm̃ modo sint ab ipso celesti sole: idest deo illuminabilia. s. Angelus & hõ animãtia cętera intellectu carẽt ad ipsum deũ sceu ad quoddã pricipiũ atq; luminis fontem gemina relatioe cõpati sũt. s. ut ad primũ esse quod natura appellatur: uel ut ad secũdũ quod bene eẽ nũcupatur. Igitur ut res liquidius elucescat ãgelis ignis: hominibus aeris lucem consignemus. Sicut enĩ in igne nõ prius est substantia q̃ accidens ita nec ĩ angelis intellectionẽ pcessit uirtus itellectiua. ymo ob exordio suæ creationis ois intelligentia fuit plena formis: quod etiam diuinæ litteræ astruunt. Nam rerum creatarũ spẽs cõcreatas fuisse plenissimis faucibus prædicant. Esse uero lucis instar aeris illuminabilis: nec mox illuminati homini iure quodam attribuitur. Quemadmodum enim aer preit & illuminatio consequitur. Ita ania

Actus primus
Actus secũdus

prior est longe sua cognitione (nam est sicut tabula in qua nihil pictum nihilque sculptum est) sed paululũ uigorata natura intellectione perficitur. Ex his itaque constat q̃ natura Angelica quæ omnes & dignitate & excellentia preitur prima relone quæ est lucis ad ignem: refertur ad deum. Anima uero ratiõalis cũ sit post deum in secundo gradu ultima relatione refertur ad deum ceu lux ad aerem compata. Non igitur ab re in diffinitione posuit ultima relatione perceptiua. Alexãdri rursum aliomodo huius obscuræ inuolutæque diffinitionis sensus haberi potest: Duplici relatione homo & singulæ creaturæ referuntur in deum. Prima ẽ ut ad causam efficientem: Altera est ut ad finalem. Verum cum finis sit longe nobilior ac prior efficiente: qm̃ finis mouet effitiens atque impellit ĩ executione: tamẽ operis agens finem preuenit. Receptio igitur luminis a deo ꝓm utramque relationẽ: scilicet efficiẽtis & finis fit. Quia uero illuminabilia sunt duo: ut pauloante commemoratum extitit: propterea susceptio luminis a deo: ut a causa effitiente angelo ut uero a finali hoĩ congruit. Dico igitur ut redeat eo unde digressa est oratio q̃ receptio luminis est in angelo: ut in esse p̃ creatiõis benefitium a deo exiuit: idcirco prima relatiõe quæ est efficientis ad deum refferri oportet: ꝓm uero accessũ ad causam finalem: est ĩ mente ratiõali susceptio luminis. Et hinc est q̃ ĩ primo aĩæ exordio est instar aeris nõ illuminati: Quare secunda relatione. s. finis ad deum conuerti licet. Obmitto grãæ & glorię illustrationem: de naturali tãtũmodo exequi fuit consiliũ. Ex his doctorum fragmentis sparsim lectis. prime diffinitionis claret sensus.

Digressio declarans quid sit lux: Quid lumen. Et quõ lumen a luce gignitur.

Ortassis quisq̃ demirabitur quo orsũ nũc de luce adorior sermonem sed id quidẽ nõ expedit: Qm̃ si in rebus mimis dubitare intellectũ qnq̃ contingat: multo hercle magis in his quæ lõge ab humanis sẽsibus sunt semota. Nec tales forte: ut reor questionis absq̃ lectitantium utilitate erunt. Quippe quæ diffinitionũ apient sensum: & intelligentiam illustriorem reddẽt. De luce igitur uarie fuerũt apud philosophãtes opinatiões: quas p̃currere frugi erit. Empedocles porrectũ corpus a cœlo usque ĩ terrã lumẽ esse credidit. Democritus quasdã derisiones corporum indiuisibiliũ: a sole uel igne diffluentium lumen dixit. Quidam lumen corpus unum p̃ aera sic expansum & aliqñ in se contractũ effectumque impartibile dixerunt. Alii lumen corpus esse phemniter a corpore lucido generatum. ita ut potius esse suũ sit icõtinuo fieri q̃ infacto eẽ: Adiciẽtes p̃terea ex formale & spirituale eẽ cõfectũ: & cũ corpore & spiritu magnã habere cõuẽientiã. Cũ corpore quia situaliter totũ replet orbem. Cũ spiritu quia idiuisibilis est. Et huius rei exemplũ afferunt. Qm̃ substãtia licet p̃tes hẽat quibus situs nullus ẽ: accessiõe uero quãtitatis facta. p̃tes substantiæ p̃ ipsam extẽduntur: Ita dicunt quãtitatẽ p̃spicui siue peruii corpis se habere ad lucis substãtiam: quæ licet p̃tes corpeas hãt. situ tñ caret: quẽ recipit p̃ ĩfluxum atq̃ expansionẽ supra materiẽ quæ est luminis habitaculũ. Aliis uisum est lumẽ eẽ formã substantialem corpis primi luminosi qua sustentificatur quicquid generatur. Auempeche & sui successores lucem nihil esse secũdũ eẽ: uel de se arbitrati sunt. sed colorẽ quẽdam forma & dignitate cũcta p̃cellentem. idcirco coloris euidẽtiã uel mãifestationẽ appellarũt lucẽ. Mouebantur autem maxime

Empedocles
Democritus
Lumẽ q̃d sit
Auempeche

quia unius sensus est unicũ sensibile primũ: qd̃ est color i uisu: consequẽs itaque erit lumen esse colorem. Et ulterius rem ingrediẽtes: solem esse a deo coloratum dixerunt ut eius euidentia atque manifestatio omnem supergrediatur uidẽdi uirtutẽ. Aristotiles & plerique oium pypateticorũ lucem esse corporis qualitatem luminosi secundum q̃ est luminosum: quæ ab ipso procedit: formaliter generata tam in diaphanum puium q̃ terminatum. Et lumen receptum in diaphano puio: est actus eius: perfitiens ipsum non quidẽ in esse substantiali: sed accidẽtis potius quo ipsum est pspicuum. egressio uero luminis a corpore lucido attingens id qd̃ est terminatum est colorum endelichia. Vnde qui de phisicis rebus locuti sunt. ita lucem diffiniere. Lux ẽ qualitas: uisus proprie immutatiua: existens in corpore lucido non dependens ab alio in fieri & conseruari: & si fuerit pura eius subiectũ non habet cum opaco terrestri commixtionem ut qualitas uisibilis solis: aut ignis. Lumẽ uero est qualitas a luce decisa atque i diaphano multiplicata: neque lucis neq; coloris aliqd habens: ut aer clare demonstrat in esse tñ & conseruari dependens. Color autem est qualitas secunda ellemẽtorum cõsequens mixtionem & actionem & passionem qualitatum primarum & debitam cõmixtionẽ lucidi ignei cum terrestri opaco atq; diaphano: uel aereo uel aqueo. Lux uero ut ab aliquo corpore terso sensibiliter & manifeste refrangitur: Splẽdor appellatur.

Aliud inquirendum restat quomõ a luce lumen gigni possit. Algazel & cæteri p spectiuorũ disciplinis referti a luce lumen tanq̃ ppriã speciẽ sensibilẽ lucis gigni uoluerunt. Et hoc fieri dicunt triplici radio concurrente. s. recto: fracto: atq; reflexo. Rectus igitur radius appellatur: quia luminoso corpore ad terrã porrigitur & per eiusdem diaphinitatis egressus nullum angulum constituit. Causa redditur. Natura quippe i suis opatiõibus modũ nescit id circo agit q̃tum ualet & cellerio ri breuiorique agitatu quo potest opratur. & quia linea recta omni alia contermi nabili est breuior. ideo solis radius ex se incessum rectum si fieri potest semper tenet. Verum si medium alterius diaphinitatis radio ocurrat a rectitudine sua excidere oportebit. Ceu radius transiens p aerem attingens aquam alterius naturę & paululũ solidioris. ipsa obraritatem eius radium penetrare sinit: sed cũ mediũ sit alterius resistentiæ q̃ aer nõ patitur se penetrari a radio tenente icessu recto: nisi forte perpendiculariter a corpore lucido emanaret: sed cum ad supfitiẽ aquę peruenerit ab icessu recto decliat radius. Huiusmõi aũt obliqtas radii fractio appellatur: Reflexio quidẽ radiorũ hoc modo gignitur. Cũ radius rectus corporis spissioris obstaculum reperit: nõ transit p medium: sed quia natura corporis luminosi per illius corpis medium lucis suę speciẽ multiplicare nequit. facit quod potest. Et tunc multiplicabit eam imediũ corpori obstãti cõtiguando. Talis itaque luminis multiplicatio refflexio quedã appellatur. Lumen igitut ut me colligam p hos tres radios multiplicatum immediate a lucis fonte genitum perhibetur. Magna cõtrouersia suborta fuit inter Augustinum & pypateticos omnes an. s. lux sit substantia uel accidiẽs. Sed cum uterque eorũ dentes accerimos hẽat: offitium i hac ancipiti re sapientis erit nolle irritare crabrones: Si enim phis ipsis sauendũ erit: uictus e campo scripturarum profligabitur Augustinus. Si uero oppositum senserimus: omnis equidem philosophia e medio sublata erit. Q uid igitur faciã: ero ne alterius gratia me linguis: aut ueritatem deleri patiar: si aristotelis ptẽ suscepo

Aristotiles

Lux qd dicit

Lumen quidicit

Color qdicit

Splendor

Quõ lumẽ a luce gigni potest Algazel

utique me conuiciatorem atque mordacem appellabũt. Si augustinum tueri enitar. totamq; phorũ manum cõmouebo: satius erit (mea quidem sinia) eos nõ excitare q̃ ultro quos substinere nõ ualeo ad pugnam irritare. Difficultas enim hæc aliam struit. s. an sit corporea substantia uel carens: Probant enim qui aurelio fauent. tum ex cõmixtione: cinerum con aqua. Ignis cũ ferro: cũ fumo ignis: & sic de reliquis exẽplis: q̃ celeritatis grã obmitto. duo corpora posse ab eadẽ supsitie ambi: cuius oppossitum semper tẽuit phia multorum. Sed ubi par auctoritas cõpitur. adoptionẽ curiosis relinquamus: eo maxime qm̃ iã uocat carbasus auram .i. ut finem digressionis cõcludere ꝓperemus. Cum multa nobis suppeditauerit natura: in quibus oblectari mirum imodum possumus: nihil ꝓfecto ꝑtiosius: nihil suauius: nihilue utilius ipsa luce arbitror: cuius benefitio aurum argentum lapides preciosos possidemus: cuius mirabili abdita opatione: queq; mixta cõsistũt opaturq; sua uirtute ĩ cunctis aiantibus. & sensum & motũ. Retulit in libro de iudiciis astrorũ Albumasar: ypocratem nobilissimũ medicũ scriptum reliquisse: q; nisi de nocte stellarũ lux aeris crassitudinẽ atq; dẽsitatẽ subtiliaret: oẽ aiatũ corpus deperiret: qd̃ multi ꝑti idoctũ uulgus fidem nõ hẽret. Propterea qm̃ nocturno tempore dũ aer spississima caligine obductus fuerit. omnẽ stellarũ ornatũ oculit & usq; adeo: ut ẽt subtractũ nobis oẽ lucis benefitium uideatur qd̃ longe ẽ auero. influũt quidẽ ĩ his iferioribus secreta potestate: quã degustare: sed contueri nõ lieet. Maria ẽt cælestis lucis uirtutẽ & mirabilẽ potestatẽ nõ celãt. Fluxus enim & occeani refluxus ĩ lunã oĩum humectabilium genitricẽ ueluti ĩ causam ꝓximam sapiẽtes retulerũt. Ionicũ uero & tirẽium & ilíricũ mare. Et quecũq; alia mediterranea lunę cursũ regulariter nõ emulantur: solũ occeanũ luna deprimit atq; exaltat. Nã cũ pagret ĩ quatuordeci diebus semicirculum: & in duo de triginta pficiat Sic mare his ferme diebus duos tumores aquarum facit. Huius rei causa apertissime ostentari potest. Nam si occeanus totam terram ambiret: sicut forte naturalis ratio persuaderet semper ratio in propatulo esset: nũc uero quorsũ sit discopta terrę superficies: satis liquido cernitur: Nam cum ex molli luto oia producturus esset deus: necessum fuit ut ex eadem mole frondes & arbusta & omnia pabulationi: aquationique percommoda adolescerẽt: quibus uita tuerẽtur. Idcirco qui cũcta ex nihilo facturus erat iussit & extendi campos: subsidere ualles: frõde tegi siluas: lapidosos surgere montes: ut inquit ouidius. Vt ubertate frugũ herbarumque animantia quæque: pro unius cuiusque natura uegetarentur. Quod si nũc ita esset: ut natura (nulla animantium necessitate cogente) istituerat: ad lunę motum fieret aquarum tumor magnus: totam lustrans terram ymo: & maris: & lunę esset unicus circulus: & centrum unius: alterius circuli pariter eẽt. Sed ne ista fiãt terrę gilbositas obstat. Albumasar (ut alios pretteream) cum de fluxu maris fmonem faceret: ita ratus fuit: Cum enim (is inquit) magnes ferrum ad se rapiat. ita luna maria. Nam centrum lunę diametraliter aquis suppositum: tumorem ingentem creat sicut sole in auge existente: terræ fructus torret. Quo fit: ut luna in suis quartis consimiles habens operationes quatuor tumores: totidemque depressiones generet. Auget intestis animantibusque medullas & sanguinem & cerebrum & humores reliquos. Alios innumerabiles lucis effectus tam latentes q̃ manifestos prætermitto ne ab instituto longius euagasse uidear: Nec aliorsum tanta de

an duo corpora pñt ab una eademque supersitie ambi

Albumasar

Albumasar

luce perstrinxi: nisi ut primam animæ diffinitionem exploratam redderem: quæ spiritualem mentis illustrationem tangebat. quam patefacere per corporalis lucis naturã oportuit: cuius substantiã & opationẽ satis ꝑ meo captu abõde docui.

Diffinitio secunda animæ rationalis.

ANima ut spiritus est diffinitur in libro de spiritu & anima sic. Anima ẽ spiritus intellectualis: rationalis: semper mouens: semper in motu bonę malęque uoluntatis capax. hæc ille: nec ab re tam multas differentias ĩ unũ coaceruasse auctorem uelim credas. Non enim satis fuisset intellectualem dixisse: quoniam sicut angeli naturę muneribus longe hominibus impares sũt: sic naturali intelligentia. Si quidem homo & Angelus sunt intellectualis naturę: sed alio & alio modo Angelus quippe nullius rei corporalis ad intelligentiam formandam patrocinio eget: quibus si careret homo minime intelligeret: omnis. n. humana cognitio a similitudinibus rerum corporalibus pendet ut docet Aristotiles: propterea ut ab angelo hominem disiungeret adiecit rationabilis: Nã ratiocinandi munus hominibus solum natura tributum est. Semper mouens: Tangit conditionem a deo prestitamque continuam influentiam admouendum importat. Bonę malęque uoluntatis capax hanc ad liberi arbitrii potestatẽque: ut Magister in secundo commentariorum uolumine ait: Est facultas intellectus atq; uoluntatis. Alter etiam intelligi potest: ut duę primę differentię ad ipsius animę esse referantur: Tertia uero ad bene esse. Quæ uero ad esse attinent sub duabus complecti differenciis oportet: ut prima ad esse proprium: Secunda ut influere possit: sed potestate referatur: nec semper in motu dicit: quasi semper corpus moueat cum defecturum sit aliquando: sed si semper sibi conuinctũ foret. semp utiq; moueret. Vacat enĩ a motu nõ ratione sui: sed corporis: cui ad tẽpus alligata erat.

Liberũ arbitrium

Diffinitio tertia animæ rationalis: & est cassiodori.

CAssiodorus qui uerius oibus hunc saxum reuoluere adortus est: talẽ de aĩa dedit diffinitionẽ. Est enĩ aĩa ĩquit ipse subã spũalis a deo creata ꝓpria sui corpis uiuificatrix. hæc ait. quia hereticorũ pnitiosũ dogma quod supius nrĩs armis ꝓpulsauimus: totã ecclesiã deuastare molliebat. occurrimu siqdẽ cũ rõnibus & auctoritatibus: ut facultatẽ nobis suppeditauit natura. Cũ enim dixisset Moyses deũ uitæ spiraculũ hominibus ĩspirasse ducto supercilio rugata frõte: subintulit. Non de aliena substantia: quẽadmodum de aere nos spiramus. igitur de dei substantia spirauit. Et ex hac imbecilli argumentatione tãtum præsumpserunt heretici, ut mortalium animas de substantia dei astruerent. Et ut hãc impiam atque sacrilegam tolleret opinationem: dixit animam spiritualiter substantiam a deo creatam: quæ igitur creata sunt: utiq; ex dei substantia non sunt. Item propriæ substantiæ uiuificatrix. i. sui corporis. Habet igitur homo aliquam substantiam a qua est corporis uita. Et per consequens uita est animalis primus motus. Sed si percunctari libet quomodo uiuentium motus a non uiuẽtibus discernitur. Alexander respondet in secundo libro suorum commentariorum q; motus naturæ uitali motui aduersari uidetur. Naturali equidem motu. & grauia deorsũ & leuia sursum agitari uidentur. Secundum uero nutrimenti motum: graue sursum & leue deorsum agitur: ut exemplum affert planta. etiam animalia idem ostẽdunt. Colera quippe cum ignis naturam sapiat: deorsum tendit: rursus naturali

Cassiodorus

Alexãder.

motu ſurſum uel deorſum: Animal uero ante uel retro in dextrum uel ſiniſtrum fertur.

Diffinitio quarta animæ rationalis.

QVorundam fuit diffinitio: quam recenſere non pudet: ſcilicet q̃ anima eſt ſubſtantia ſpiritualis ſimplex & indiſſolubilis: icorporea: paſſibilis atque mutabilis: hæc ait. Eius ſenſus ita uenari poteſt. Cum rationalis aia in medio ſubſtantiarum omnium optimo iure collocata ſit: ſupra ſe habet naturam longe preſtantiorem: ſcilicet angelorum. ifra brutorum & genera: & ſpecies. Id circo in diffinitione animæ plures poſitæ fuerunt differẽtiæ: quibus anima diſiungitur ab omni alia re. Vt uero ipſa inferiores reſpicit ſubſtantias dicitur ſpiritualis: ut ad ſuperiores conuertitur incorporea paſſibilis atque mutabilis appellatur. eo. n. ipſo quo ſpiritualis a corporis mole: per ſimplicem a ſpirituali ſepatur. Eſt enim in homine duplex ſpiritus: teſte philoſophia: ſcilicet naturalis ĩ cerebro & uitalis in corde. Indiſſolubilem adiecit ut a uegetabili ĩ plantis: ſenſibili in brutis diſcretionem faceret. in quibus anima eſt ſubſtantia ſpiritualis ſimplex: ſed diſſolabilis. icorporea ẽ & Angelo & hoĩ comunis dr̃a. Sed qd̃ i calce ſubiũctum fuit ſcilicet paſſibile diſiungit unum ab altero. Nec officit: ſi dicas angelos malos etiã pati poſſe: quoniam de paſſione illa in penam cedit damnatorum non eſt nobis ſermo: ſed de illa quam patimur corpore. languente.

Diffinitio quinta animæ rationalis.

NOn nulli phiæ diſciplinis ad modum intenti aiam: ut aia & non ſpiritus eſt diffiniunt. Verum cum aia corpori quod informat & regit duplicitercõparetur: ſcilicet ut motor mobili & perfectio ſuo perfictibili. Prio mõ a Remigio ſic deſcribitur. Anima ẽ ſubſtãtia icorporea regens corpus: hæc ille. Cũ enim naturæ primordiis homines munus iuſtitiæ originalis a deo datum acceptiſſent: quo caro aduerſus ſpiritũ: & ſpiritus aduerſus carnem certaturus non fuiſſet: ſed nec lex illa fomitis: aut membrorum aut concupiſcentiæ: quæ in primis parentibus conſopita uacabat euigilaſſet ſi patres noſtri mancipati diuinis inſtitutis deo uniuerſi orbis cenſore & patre (ut par erat) obſecuti fuiſſẽt: quibus uiolatis: atque rupto omni federe: quo ſe obnoxios diuæ maieſtati ſuæ dediderant: ĩ preceps acti fuerunt: & uſque adeo ut deſtituti omni patrocinio a lubricis titillationibus caris ipſis inuictis irritarentur. Igitur cum Remigius eiuſce rei corruptelam animaduerteret: uideretque locum rationis deperditum: quia potius carni imbecilli laxas habenas. Cogitabundus animo præmeditari cepit. quid anima qualis ue: aut quod officium eius eẽt. Et cũ uidiſſet nõ aliorſũ hoĩ ſpm̃ eſſe datũ: niſi ad compeſcẽdum illecebrarum uoluptatum noxios motus: idcirco eius ipiõ carnem ſubegit. Ratus ut coniecto q̃ ſicut onorarie gubernaculo in portum ſpere deducuntur: & uehiculum ab auriga & a freno equus regitur & gubernatur pariter fit ut ab anima ratiõali corpus humanũ ſubiugaret hic cardo diffinitiõis.

Remigii diffinitio

Remigius

Verum duo nobis magnam ingerunt difficultatem. quorum principium eſt icorporeitas: quam diffinitiõi attribuimus: Cum enim ipſa ſoli deo competat: ad modum dubitandum eſt cur rationali animæ aſcripſerit: ſed nodo collectum ſinũ facillime explicabimus: penſata equiuocatione nominis. Corpus equidem dicitur quod eſt trina dimenſione: ideſt longitudie: latitudie: & ſoliditate cõphẽſũ:

quod neque ímortalí deo: neque angelicís ſpiritibus: neq; aíabus congruit. Carēt quippe mole. Dicitur rurſus incorporeum quod eſt ſincircunſcriptum: & non ſolum extēſiōe molis: ſed & uirtutis. & hoc modo ſolus deus icorporeus appellat: .i. icircunſcriptus omnio: nullís terminís clauſus: ut oíbus rebus p̄ſens eē poſſit. Aía uero & ſi oíbus corporís artubus p̄ſens eē uídeatur: tñ quía ut eſt in uno corpore: aut loco: ī alío níſi ſucceſſione quadam eſſe non poteſt. Quod enim alícubí preſens eſt: totum alíbí non eſt: ſic igitur anima loco circunſcribí dícitur quoniā ita eſt hic q̄ non alíbí. Diuína autem natura: quæ ubique preſens eſt omnio incircunſcripta appellatur.

Digreſſio declarans quid ſit eſſe in loco circunſcriptiue: Et quomodo anima exíſtens in alíqua corporís parte motum factum in corpore ſentít.

Ane ne uulgo īcōſuet9 iſte modus loquendí ueritatem querentí offitiat: nec langorem ex ignoratione excitet: Ego qui admodū lętarer rem hāc abditā & multos latētē in ꝓpatulo eſſe: ſtatui ꝓ uirilí portione eam illuſtrare. Igitur uerborū pompā & oratiōis ornatum oratoribus ipſís relinquamus: & rudí ac agreſtí ſtilo rem inceptā ꝓſequamur. Alíquid eē ī loco tripliciter dícitur apd phōs. Circūſcriptiue ꝓprie: & prio q̄ dē cū ſolidís corpibus initiū & mediū & finē loci aſſignamus: ita ut ſm partitionē corpis aut augmētū: aut minorationē locus: pariter diuidatur: uel creſcat uel diminuat: magno nēpe corpori magnus locus maiori maior maxio: maximus debetur: Vnde circūſcribí nihil alíud eſt níſi uel loco uel tempore: uel comprehēſione claudí. Alío modo: Aliqd eē ī loco minus ꝓprie dícitur diffinitione. i. q̄ aliud eſt ita hic: q̄ nō alíbí. Spiritus q̄ppe a corpe diſſolutus: ita eſt ī inferno: q̄ nō eſt ī cœlo. Poſtremo & comuniter ꝑ preſentiam aliud eē in loco dícitur. Ex motu quidē & ſenſatiōe: quā obtutus noſter comprehendit cenſemus aíam illí corpori adeſſe. igitur cum ieffabiles díuinas opatiōes iugiter nobís famulari cernamus: quas enumerare admodū opoſum eſſet: oíbus rebus adeſſe concludímus. Eſt igit de9 ī loco: nō circūſcriptiue ut corpora nō diffinitiue ut ſpūs & aía: ſed maieſtatis ſuæ p̄ſētía. Poſſet tamē ex alíquo accidentí aíam eē circūſcriptiue ī loco: nō ratiōe ſui: Cū oī mole oīo careat: ſed ſuí corporís cui cōiūgitur: ſicut ſeſſor uel uectus admotū iumētí uel uehiculí agitatur nō quidem ꝑ ſe: ſed ad alterius motionē. Supereſt aliud illuſtrandū nō minori hercle admiratione dignum: quod abonde aperiam.

Tripliciter aliquid dicitur eſſe ī loco

Circūſcribí

Quō aía rationalis cū ſit iptbilis motū ī extrema parte corpis factū ſentiat.

Dubitarí ítaque ſolet. Cū aía rationalis non ſit partibilis ut uegetatiuas in plantis: & ſēſitiua (p̄ſertī ī anuloſis animātibus) quomodo motū ī extrema parte corporís factū ſentíat. Reſpōdet calcidius & exēplo nititur difficultatē ſoluere. Aranea quidem ſubtilí ac miro artificio telā diſponit atque texit: ille præcipue in locis ubí magna muſcarum copia conuenire ſolet: quibus inſidiat apprime. Quā orí ac pēdere ex ſuís uiſceribus: qui de rebus naturalibus tractauere īſinuant. quo fit: ut muſca filo iretita aranee ilia pulſet: & mox ſic agitata per filos currit. Sic aía reſidēs pricipaliter ī bipartito cordis ſanguie: qui ē ī aíalí ſicut cētrū in circulo: ad qd oēs linee ducte ſūt eq̄les: quē libet motū paſſim factū ſētit: Nō ē igit tāte admiratiōis ſicut fortaſſe multí putarēt. Diffinitio ſexta aíæ rōnalis ſm ariſtotilem.

Ariſtotiles quo ñ. p̄ſtātior aliter diffinit aíam libro ſecūdo de aía ut ē corpis pfectio ſic. Neceſſe ē igit aíam ſubſtātiā eē ſicut ſpēm corpis phiſicī:

potētia uitā hntis: substātia aūt actus. Huiꝰ igit corpis actus. Hic aūt dr dupl'r. Alius qdē ut scientia. Alius aūt sicut considerare: māifestū est igitur: ꝙ sicut scientia in existere est animam & somnus & uigilia proportionabile: aut uigiliantia quidem ipsi considerare: somnus autem habere & non operari: prior autem generatiōe in eodem scientia est. Vnde anima est primus actus corporis physici: potentia habentis uitam. hæc ille. Omne siquidem genus animatorum hæc descriptio compræhendit. Quam declarantes dicunt animam non esse patibilem: sed actus: non accidentalem: ut herculis aut youis figura: sed substantialem: non fm ꝙ est similis operationi: sed habitui. Exempli causa balbutientem puerum rationis capacem appellamus: non quidem ut is ratione utatur sed temporum accessiōe facta uti ualebit. quod est esse rationabilem secundum habitum. Cum igitur duplex sit actus: unus sicut scientia: qui primus appellatur: Alter ueluti considerare: qui secundus dicitur: Palam igitur erit ꝙ anima est actus sicut scientia: idest primus & non secūdus. Cuius sunt operationes fluentes ab eo. Somnus enim & uigilia corpori per animam insunt. harum tamen operationum quædam sunt similes scientiæ: p quā quis eam habens: non operatur: sicut somnus in quo fit uacatio ab operibus sensuum & agitationum. Quędam sunt similes ipsi considerationi uigilia in qua operando sensus exercentur. In eodem tamen scientia semper considerationem præit: ut illa actus primus: ista secundus appelletur. Cuius uero sit actus per clausulam sequentem insinuatur. Est enim anima actus: non cuiuscunque corporis: sed phisici. Et non cuiuscunque phisici: sed illius dico quod uitam habet in potestate. Figura quippe youis quā phidias statuarius insignis ebore celauit est actus: non corporis phisici sed artificialis. Istud autem corpus naturale duplex ē: unum ad uitam dispositionē ullam habēs: ut es aurum: plumbū: licet enim naturalia corpora sint: inepta tamen sunt operationibus uitæ. Alterum uero: ut bos: pecus: homo: hæc enim operationibus uitæ utuntur. Alio quidem modo q̄ semina: quæ pro singulorum diuersitate uitam in potestate sunt habentia. Sed operationibus animæ carētia: quibus animatorum perfectorum genera utuntur: ideo adiectum fuit in calce organicum: ad designandum ꝙ anima est hūani corporis forma: & nō cuiuscunq; naturalis corporis uitam habentis in potentia sed corporis phisici organici. Verum cū ex aī sententia dicat Commentator Auerois hanc diffinitionem comunem fore omnibus uiuētibus. Queritur an aliqua alia sit spetialis. Maxime autem mouent ad ꝓpriam inquirendā ꝓp uerba ipsius Aueroys dicētis: Oportet ut fmo diffiniens pfecte nō demonstret genus rei tantum: sicut faciunt plures diffinitiōes sed fmo diffiniens debet demōstrare cām rei ꝓpriā ꝓpinquā existentē ī ea in actu .s. formā & nō genus. Q d sonat ꝙ ad pfectā cognitionem aīæ: diffinitio uenata nō sufficit: ex eo maxime quia genus aīæ tetigit. Sed optet ab integro aliam notificantem partes ī spetiali inuestigare. Igitur aliam prorsus longe formaliorem conclusit Aristotiles eodem libro sic. aīa est principium uegetandi & sentiendi & secundum locum mouendi. Et hanc dixit medium fore demonstrationis alterius ut commenta declarant. Multa circa hanc diffinitionem omitto: celeritatis gratia.

Diffinitio aiæ fm Aristotilē.

Aueroys

Alia diffinitio Aristotelis

## Diffinitio septima animæ Rationalis.

TAntum modo superest: ut totum genus substantiæ cōplectar: ipsam animam diffinire: ut spiritus & anima est. Et primo eā sic diffinit augustinus

Augustinus

ut omnium creaturarum respicit naturas. Anima is inquit est omnium similitudo: hæc alie. Rationalis igitur aius instar diuinæ sapientiæ factus: in se rerum omnium gerit similitudinem: terre per sensum: per ymaginationem aquæ: aeri per rationem: firmamento per intellectum: cœlo empireo per intelligentiam similis est. Alio siquidem modo in se omnium rerum similitudinem gerit, per essentiam lapidibus: arboribus per uitam: per sensum animantibus: hominibus per rationem: per intellectum Angelicis spiritibus: deo accumine intelligentiæ similis est propterea dictum est animam omnia esse. Nonnulli clarius hanc diffinitionem aperientes ita rati sunt. Cum anima ad totius diuinæ sapiētiæ similitudinem creata fuerit necessū fuit & rerū corporaliū spiritualiūq; ydeas & simulachra penes se habere: ob id dixit phūs in. iii. de anima q; aia erat quodāmodo oia. Corporale quippe purū materiale dūtaxat repsentat: ueluti spirituale spirituale. Sola igit aia rationalis totius sapiētiæ similitudinē gerit. habet enim aia rōnalis facultatē rerū corporaliū similitudies suscipiendi sensibiliter: & itellectualiter potestatē recipiēdi species spirituales: id circo ad totius diuinæ sapiētiæ imaginē creata ē: quoniā oium sua acri itelligētia capax est. Nā ut populo iquit: Similia similibus cōpræhēdunt. uult igitur aiam: sensibilis mūdi: quā falso eē putauit: tanq; pmissa usurpādi licentia nasci. Cognitricē tamen rerū oium quæ sunt tā intelligibiles q; sensibiles. Est porro pythagoricū dogma similia nō nisi ex similib9 suis cōpræbēdi. Q d ēt empedocles sequēs ait uersib9. Terra terrēo cōphendim9 ethera flāmis: Hūorē liqdo nro spirabile flatu. Pacē tranqllo: litem quoq; litigioso. hæc qppe ostituebat elleméta & initia uniuersitatis ex qb9 aiæ quoq; cēsebat cōstare substātiā: ppeaq; penes eā oium rerū eē plenā scientiā simili suo similitudinē habētia opræhēdētē. Atq; ēt ipse pro hoc ipsū asserēs aiam ex oibus initiis cōflauit: ut & ipsorū initiorum & q; initia sequūt & prsus oium rerū existentiū scia eēt: ac de oibus iudicaret. Eādē sniam pertractat Vgo de scō uictor i prio li. suarū sniarū dicēs. Ipsa eqdē aia iuisibiles rerū cās p itelligētiā comphendit: & uisibiles formas p sensuū passiōes colligit: hic ē q; eadem mēs q; uniuersorū capax ē: ex oi substātia atq; natura cuius similitudinē gerit & repsentat cōponit. Vnde aia rōnalis nisi ex oibus cōposita foret nullatenus oia comphendere posset. Igit aia ē oium similitudo. Diffinitio octaua Animæ Rationalis.

Empedocles

Vgo de sācto uictor

ALio qppe mō: ut utrūq; respectū habet diffinit sic. Aia ē substantia q;dā rationis pticeps i regēdo corpi accomodata: hæc ille. Naturā spiritus prio tetigit i diffinitiōis exordio. In calce uero aiæ naturā adiecit. hæc igitur diffinitio solū illud aiatorū genus oplecti uidet q d post corpis dissolutionē supstat p pterea substātiā q;dā appellauit: ut p eius discretionē eius naturā ab aliis aiantibus impticipatā itelligerem9. Est rursus substātia q;dā rōnis pticeps aia rōnalis. Nā cū deus ex se rationē uēdicet: nō aliū de ipsā pticipat: sed ab eo oēs alii: ppea dictū fuit i diffinitione q; ipsa erat rōnis pticeps. Nā uirtutis natura pfectior i eo potest eē: iniquo totum est q; in eo i quo pars ex igua de toto est. Deus uero teste Anselmo cum sit id quo aliquid maius excogitari non possit: ipsum totam rationem non aliquo præclaro facinore partam: sed sua natura atq; diuinitate habere oportet. Verū cum Angeli eam spiritualem naturam: eādem quā homo participet rationem merito ut unum ab altero disiungeret adiecit in regendo corpori acomodata. Angeli quippe incorporei cum sint: omnino ad corpus commertium habent nullum.

Anselmus

Digressio declarans quomõ Angeli humanis corporibus uniuntur. & si operationes naturales in eis exerceant.

Ngeli sua mirabili sagacitate ex aere crasso quibusdã uaporibus terrestribus commixtis corpora sibi accomoda fabricant. ĩ quibus diuino iussu multas admodũ & crebras operationes hũanis usibus ydoneas exerceãt. hñt enĩ & potestatem sese aspectibus contuentium obiectare loq persuadere honesta: absterrere afflictis læticiam: lapsis ueniam ĩpetrare: & qd his longe maius atq; ĩcredibilius est generare. nõ q; dixeri per seminis decisionem (ut aimantium mos est) sed per transfusionem seminis susceptĩ ab aliquo uiro: cui deludendo se supposuerat. Et hoc est improprie generare.

Nec me fugit quondam lectitasse apud Hyosephum: gigantes demonum callidĩtate hac lege fuisse generatos. Pari commento britonum res gestæ Merlinum uatẽ enixum fuisse tradunt: quem ita fuisse exortum accipias. Nobilem uirginem immaturam quam piam fuisse canunt historiæ quæ honestis ac bonis parentibus educata fuit: ea ne uiolata pudicitia a uiro cognosceretur eminẽtem speculam ĩcolendam propere decernunt: ad quã præter pedisecas accedebat nemo. solæ Ancillæ famulabantur uirorum aspectus prorsus nesciẽtes. Exacta iam tenera & puerili etate. cum uẽus medullas torrere pararet. Antiquus hostis puellã ad modũ libidinis furore accẽsam aggredit: & multis uerbis amatoriis ultro citroq; habitis ĩ uenerẽ sollicitat. Pualla diaboli cõmẽta prsus ignara quippe quæ nec eius pedicas norat (habet enim mille nocendi artes) eius fallaciæ consensum præbuit: tũc uiro primum se subegit: egregiæ puellæ formam & uenustatem præse ferens. & suscepto semine ipsum in uigore spirituum & qualitatibus formatiuis conseruare summopere curauit. Demon priori abiecta figura mox sexum celeritate mirabili mutato: ac sese repente uirginis conspectui obiecit. quæ ut coram animaduertit: propere rem cum eo habuit: & ipsum conseruatum semen in uasculo formationi idoneo transfudit. tumescente puellæ utero & iam aduersa ualitudine stomachi & laterum laborante: parentes stupidi grauidam comperierunt. Illico adolescentis partum obseruari iusserunt. Quæ nouem expletis mensibus merlinum fœlicibus auspiciis peperit. Ridere item eos notissimo periculo proditum est. Comedunt uere cibum conterendo: & in aluum suscipiendo. licet non nutriantur cibo: nec eo incorporentur: ut calore naturali & anima uegetatiua uegentibus inanimãtibus fieret. resoluitur nempe instar uaporis a sole eleuati qui orto atque lucente sole euanescit. Legimus in diuinis scripturis sanctissimis patriarchis præsertim habrahe id ipsum Crebro obtigisse. Nam cum semel sub una quærcu quiesceret: ut solis estum atque temporum incomoda declinaret: ea scilicet tempestate qua reguli & animantia quęque: ut uitam tueri possint uastas solitudines atq; antra petunt. Cogitabundus paululum suspiciens: tres iuuenes forma atque proceritate præstantes proficisci conspicatus est: quos obnixe coegit ut se in suum recíperent hospitium: recepturi pauxillulum panis: quo animam propensius attraherent. Præcibus habrahe inclinati annuerunt dictis. Interea oppipare conuiuium struitur: parantur mensæ: epulæ afferuntur. Cum gratiarum actionibus quo non egebant sumunt cibum. Cumque ad secundas mensas uentum fuisset & solis descensus iam uiatores accersibat: cuius rei gratia habrahe hospitium

Hyosephus

Merlini ortus

Angelorũ offitia

peticrant aperiunt. Nam qui cæteris præstare uidebatur: sese ad anus secũditatem nunciandam: & ysahac nasciturum missum portendit. Alter ut Loth saluti cõsuleret: seque in montem tueretur: ut urbium conflagrationem saluus atq; incolumis cum omni supelectile euaderet. Tertius ad deuastandas atq; subuertendas urbes illas missum ultro professus est. Erat enim regio quædã affinis arabiæ: quæ pẽtapolis dicebatur a quinq; urbibus: scilicet Sodoma: Gomora: Adama: Seboym: Segor. Idem quoq; accidisse in nouo testamento clare compertum est: præsertim dominicam resurectionem annuntiantes. Omitto quæ ĩ sacris codicibus leguntur. quoniam cuncta complecti nõ est consilium. Plato istuc ipsum teste calcidio astruit. Demonas porro his inquit græci scios rerum omnium nuncupant: quos q̃dem præfectos sensibili mundo primo quidem uicem mutuari aliquam putandum. Vt enim deus iuxta angelum: sic angelus iuxta hominem. Deinde q̃ usui nobis sint: interpretantes & nuntiantes deo nostras præces. Et item hominibus dei uoluntatem intimantes illi nostra indigentia. Porro ad nos hoc omnium est sanctorum angelorum offitium: nullo modo passionibus subiacẽtium: diuinam opem deferrentes. quam ob causam appellati angeli ob assiduum officium nuntiandi. Testis est huius beneficii cuncta græcia: omne lacium omnisq; barbaries plaudentiũ gratulationesq; populorum conditis ad memoriam perpetuitatis. Indiget quippe natura humani generis nimium imbecilla: suffragii melioris præstantiorisq; naturæ. Quam ob causam creator omnium & conseruator deus: uolens esse hominum genus: præfecit huic per quos recte regerent angelos siue demonas. & q̃ ex aere crasso sibi corpora coaptent sequitur (paucis interiectis uerbis) Angeli remoti a uisu nostro & cæteris sensibus quia corpora eorum neq; tantum ignis habent: ut sint perspicua: neq; tantum terræ: ut soliditas eorum tactui renitatur. totaq; eorum cõpago ex etheris serenitate: & aeris liquore connexa: Indissolubilem coaugmentauit superficiem. Veniuntur ut se conferat unde effluxa est oratio: corporibus non ut perfectio perfectibili suo: sed ut motor mobili: ceu ut nauta naui coniungitur.

## Diffinitio nona Animæ Rationalis.

ACcedit & alia diffinitio animæ: quam ex textu sacri canonis excerpimus. Spirauit deus spiraculum uitæ. Spirare autem est spiritum facere: idest creare & corpori infundere: ut fiat homo in uita uiuente. Igitur ut paucis multa perstringam. Anima est dei formæ: Spiraculũ uitæ. hæc ille. Rationalis animus ab exordio suæ creatiõis ad imaginem summi opificis creatus est: ut summum bonum amaret: possideret: frueretur. Animantia cætera cum ratione intellectu uoluntate careant: in quibus ratio diuinæ imaginis cõstare uidetur: non ad imaginem: sed ad similitudinem pocius dei formatã fuisse cẽseri debeat. atq; ipsis diuinum uestigium impressum extitisse. Spiraculum uitæ adiecisse: ut ab angelicis spiritibus hominem segregaret: quibus uitam corpori spirare congruit minime. huius perfunctioriæ diffinitionis sensus iterum sic haberi potest. Eoipso q̃ dixit deiforme rationalem animum tetigit: cum adiunxit spiraculum: sensitiuam significauit uirtutem. Cum postremo uitæ dixit: uegetãdi munus expressit: ut nullum animatorum genus ab hac descriptione fieret alienus.

Seneca

Diffinitio decima animæ rationalis.

SEneca Accerrimus stoicorum defensor in relatione ad deum: ut ad causam finalem omnium rerum animam optimo equissimoq; iure diffiniuit sic. Aia est spiritus itellectualis ad beatitudinē in se & i corpore ordinatus: hic ait. Prætermissa huius nois equiuocatiōe spiritus. quoniam iterdū flatū aurū tēpestatesq; significat ad mētē meū flecto stilū. & spiritū hoc i loco mētē appello. iuxta illud Pauli: Renouamini spiritu mētis uræ. In eo q; dixit i corpore ad beatitudinē ordinatus: ab angelis hoies excepit q licet ad beatitudinē ordinentur: non tamen ut i corpore sunt.

Diffinitio undecima animæ rationalis.

IOannes damascenus uir doctria atq; greca facūdia celeberrimus i libro suarū sniarū apprime pensitate ita aiam diffinit. Aia ē substantia uiuens simplex & icorporea corporalibus oculis fm ꝓpriam naturā iuisibilis: imortalis: itellectualis: infigurabilis: orgāico utēs corpe & huic uitæ & augumētationis & sensus & generationis tributiua. nō aliud hns ꝑter se ipsam itellectū. sed partē sui ipsius purissimā: sicut. n. oculus i corpore: ita i aia est itellectus. Hæc diffinitio quia ꝑ se satis clara ē: omitto cætera.

Diffinitio. xii. diui Augustini.

TEdet rursū ac me miseret Augustinū uirū utiq; igenii florentissimum atq; ecclesiæ chatolicæ lucē ciere. sed quia alia diffinitio superfuit nobis multo luculētior: multaq; aptior: q̄ superiores: fuere statui oportuno satis tempore hāc ꝑtermittendā eē minime: quā: ut equū est rectis auribus accipere colibeat Aia is inquit est substantia incorporea corporis sui uita inuisibilis: sensibilis: immortalis: illocalis: passibilis: nec q̄titate mensuræ: nec qualitate formæ: uel coloris susceptibilis memorabilis rationalis intellectualis. hic ait. Et ipse eandem diffinitionem declarans intulit. Et ne hæc diffinitio uacillet. ratio eam pro omnibus roborat. Anima enim est spiritualis substantia: omne quod aliis uitam subministrat ipsum necesse est ut subsistat. sed anima uitam corpori tribuit. Igitur anima rationabiliter subsistit: hanc uitam corporis esse ipsamet probat. dum præsentia sua corpus uiuificat. hæc quidem nobis est inuisibilis: sed spiritibus uisibilis. Hanc etiam sensibilem constat: dum oculis colores: auribus sonos: mānibus aspera: uel leuia sentire præstat. Est quoque mutabilis. omne enim quod melioratur & peioratur est mutabile. Est autem illocalis omne quod loco clauditur altitudine uel latitudine aeris circunscribitur. Et hic locus est. sed ratio docuit animam incorpoream esse: idest nec corpus: nec aliquod membrum habere: Igitur cōstat illam illocalem eē: nō enim aeris spatium occupat: ut corpus: nec corpus ut aqua utrem implet: sed ut calor illocalr toti igni iest: ita tota aia illocalr totū corpus possidet. Ignis qdem est uisibilis sed calor inuisibilis. sensibilis equidem & quoddammodo ignem uiuificans. Ita anima inuisibilis: sed sensibilis: & uisibile corpus quadam occulta ui sensificat & uiuificat: hæc quoque est passibilis. omne enim quod merore afficitur passibile est: sed dum sui corporis uoluptates non efficit dolore mestitiæ cōsumit. Ab hac q̄titas excludit: dū nec altitudine: nec latitudie: aut lōgitudie metit: nec circūstātias. s. āte & retro: dextrū & sinixtrū: sursū & deorsū: se icludere patit. Qualitas uero formæ uel coloris ab hac secernit: dum nlla forma hūani corpis uel ulli9

coloratæ rei illi aſcribitur: hæc ē memorabilis quia præterita recolit. Et ratiōalis q̃a principia diſcernit. Eſt intellectualis quia futura intelligit. hæc immortalis q̃ memoriam ſui apud poſteros perhemniter durare laborat. Quā aptiſſimæ q̃que diligentiſſimæ animæ rationalis naturam hi quos longo ſatis uerborū contextu enarramus litteris pinxerint: nemo uix eſt: niſi quiſpiam forte ſenſu careret: qui nō plene atque integerrime naturam animæ & cognoſcat & ſciat. Igitur eam nos prorſus conſeruare nitamur: ea dico puritate: ſanctimonia: religione: ut optimi parentis ymaginem non fruſtra habuiſſe uideamur.

Digreſſio declarans unionem animæ rationalis cum corpore & aliarum animarum cum ſuis etiam inſtrumentis.

Epe i noſtris ſermonibus animarum cum corporibus unionem quoniam tetigimus. in queſtionem uerti uideor uidere: ſi quemadmodū nobiliori atque excellentiori principio originatæ ſunt: quia nō de poteſtate materiæ: ut arborum atque brutorum aiæ: ſed de nihilo (omnium chriſtianorum conſenſu) ita præſtātiori quodammodo humanis corporibus ſibi copulatis atq; alligatis uniantur. Forte Platonici qui proprio iure his gradibus animatorum: quartum ſomniando conſtituerunt: longe excellentiorem modum putarent. Cœlum etenim animatum credidit Plato. & ſicut uirtute atque ſitu cæteris ſupereminet rebus: ita aia cunctas alias antecellit. Hæc eſt illa rationabilis mundi anima: quæ gemina iuxta meliorem naturam uenerationem tutelam præbet inferioribus diuinis diſpoſitiōibus obſequens, puidentiā naturis imparciens. eternorum ſimilitudine propter cognationem beata: diſſolubilium rerum auxiliatrix & patrona: cuius in conſulendo ratiocinandoque uirtutis: in moribus: hominis apparent inſignia. qui cultor eximius dei diligentiam mā ſuetis impartit animalibus. hiſdem quippe uirtutib9 animæ quibus ſenſibilis mūdus fouetur: quando ad cæteros uitales uigores: qui ſunt cōmunes hominibus & beſtiis: ſtirpibus etiam: idest creſcendi mouendi ſemet: appetendique & imaginandi accedens ratio propriam hominis animam perfecit: ut non ſolum uitæ compoſſit: ſed etiam bene uiuendi non deſit optio. Deos rurſus animas beatas habere & eternis corporibus illigatas profitetur: hanc enim animam mundi Plato ab ītimo terræ medio: quod geometre centrum uocant per omnes partes eius: uſque ad cœli ſumma & extrema diffundi: & per numeros muſicos extendi opinatur: ut ſit mūdus iſte alias maximum: beatiſſimum ſempiternum: cuius anima & perfectam ſapientiæ fœlicitatem teneret: & corpus proprium non relinqueret. & cuiuſque corpus & in eternum ex illa uiueret. Itaque his excellentiorem modum unionis attribuit. quas etiam in mores deos in thimeo appellat. Sed quia in hac re immorari diutius tempus non ſinit: excecrabilem Platonis inſcipientiam: cum patentem præſe ferat errorem relinquamus. Accedit ad hanc prouintiam maturandum. Aueroys omnium hominū ſceleſtiſſimus: qui Alexandro Temiſtio Auempeche & cæteris Ariſtotilis commentatoribus datis peſſum: ſe naturam intellectus agentis & eius unionem inueniſſe gloriatus eſt. Nititur enim in ſua phyloſophia approbare contra omnem ueritatem: animam itellectiuam non eſſe formam ſpecificam homini dantem eſſe: humanoque corpori unitam. Sed profundius rem ingreditur. Dicit enim ipſam abſtractam ſecundum eſſe ab omni corpulenta ſubſtantia

Plato

Aueroys

& solũ humanis corporibus inoperãdo appropriari: sicut nauta naui: & celestis intelligentia orbi: quo fit ut ex desiderio materiæ: aut molis quã omnino a se abigebat: diceret omnibus hominibus unicum & singularem intellectum esse. Verũ cum hæc disceptatio infiniti pene operis sit atq; immensi: obmittendã censeo. Fortassis & mihi ipsi quandoq; facultas dabitur aduersum portentum & monstrũ hominis congrediendi. quod inextricabilibus erroribus respersum atq; sedatum fuisse: clare compertum est. Nec enim mẽtem Aristotelis penetrauit ut ratus ẽ: sed cogente ratione atq; manifestissima ueritate ipsum a recto calle deuiasse. Liquidissimue Albertus alemanus: Thomas: Bonauentura: Ricardus: Egidius: & omnes diuinarum rerum scriptores ostenderunt. Amoliant' hinc qui in hac pernicati heresi Aueroym defendere ac tueri moliũtur: de quo illud Liuii de Hãnibale dici põt: ingentes uirtutes: ingentia uitia coequabunt. Quippe qui cum rectum atque planum iter haberet quod est nostræ religionis institutio: liuore atq; emulatione potius q̃ ueritate accensus: deuios secutus est anfractus: humile deseruit: ut ĩ præcipitium laberetur: lucem reliquit: ut in tenebris cecus ac debilis iaceret. Nec animaduertit impossibilia esse quæ diceret: ex eo quod adhuc in orbe terræ: neq; tam stulta: neque tam uana ulla philosophorum disciplĩa fuit: quæ tantam impietatem astrueret. Præterea cum enim ex moribus: disciplinis: lĩguis: habitu: gestu: operationibus tum uariis tum repugnantibus in hominibus in esse conspicamus diuersitatem quandam cuius intellectus est origo plena bucca profitemur & dicimus. Quis in tanta rerum uarietate auderet dicere (nisi forte qui mentecaptus esset) omnibus in hominibus unicum atque discretum intellectum esse: Rectius itaq; nos qui postremi sumus & dicimus & profitemur animam: scilicet ab agente particulari haud de potestate materiæ educente non generari: sed a deo immediate non aliquo angelorum præsidio creari: & humano corpori infundi: ut esset quæ uitam & motum tribueret. Cuius oppositum astruere molitur sachrilegus Aueroys. Præstat modos unionis ut ad rem reddeam in medium adducere: ut abiectis erroneis uerum prosequamur. Quedam enim partium continuationem sibi usurpãt: ueluti in planis solidisque figuris: quorum partes ad aliquem eis comunem terminum coniungi necesse est. Sicut enim præsens præteritum cũ futuro connectitur sic punctus in linea & in planis lineę partes coniunguntur: ut unum continuatione merito appellari possint & debeant: Aliqua uero contiguatione sunt unum ut illa quorum ultima sunt simul. Et licet in mediũ multa præclara exempla adduci possint: his pauculis contenti: alia abire sinemus. Maceries quippe lapidum unitatem habet nec propterea continua est: os ossibus & caro carni coheret & unitur: nec alia nisi contiguatiõis unitate sunr unum effecta. Impressione item unum sũt non nulla. Ex molli cera & figura ãnuli ei impressa unum redditur. Item per operationem aliqua sunt unum. Nam ex artifice & instrumento: aut ex motore & mobili fit unum. Ab integro secundum perfectionis essendi exigentiam aliqua sunt uere unum: ut ex materia & forma fit unum compositum. Hi fere sunt omnes modi (mea sententia) quibus phylosophi pro confesso & indubitato tenuerunt atq; eorum ĩ scholis docuerunt aliquid esse unum: ex quibus excerpere uerũ unionis modum. Cum dico quem quærimus opus est: Nõ igitur anima unitur corpori: ut eo modo ex ipsis fiat unum sicut magnitudies copulatæ ad aliquem terminum cũmu

nem unum. Neq; continuationis: aut cōtiguationis efficiuntur: huiusmodi enim idemptitas molem coexigit: qua omnino anima caret. Neq; per elemētorum mixturam: Quæcunq; enim tali idemptiate sunt unum i eo desinunt esse componentia fm actum: manent uero fm gradum remissum: aut uirtutem: qd̄ forte præstabilius ē. Neq; per impressionem figura quippe youis: aut herculis ceræ impressa nō subsistit seorsum: ueluti anima quæ seiuncta a corpore durat & constanter perseuerat. Rursus tota figura non est cuilibet parti ceræ impressa: sed ei se connectit fm dimēsiuas partes: ita ut pars ceræ parti formæ & tota toti correspōdeat. Anima uero rationalis per corporis liniamenta non est extensa: sed ē tota i toto & tota i qualibet parte: non dimensiue se ei commēsurans. Neq; ē unū fm operationē: Ex motore quippe & mobili: aut ex nauta & naui nunq̄ fit unum fm substantiam: ceu ex anima & corpore qd̄ est animal aut homo. Consequens est ut fm coexigentiam p̄fectiōis essendi: fit ista unio. Nam sicut perfectio materiæ est ipsa forma: ita humani corporis anima: coniungitur igitur anima atq; humāo corpori unitur: uel sicut perfectio suo perfectibili: aut sicut uector equo: aut artifex suo orgāo: Nec obstat qd̄ dicebat̄ formam sic suæ incumbere materiæ: ut absq; eius innixu non possit cōsistere. Et ut rem clarius aperiam triplicem formarum gradum in rebus comperierunt phylosophi. Primus est quarundam formarum quæ totaliter materiæ suæ innitunt̄: neq; regūt: neq; substinēt eam: sed ab ea potius & reguntur & tolerātur cuius sunt omnium inanimatorū formæ. Secundus est quarundam formarum quibus sua materies incumbit: & ab ipsis & regitur & substinetur: uerum tanta est colligantia ipsarum cum materia: ut nullo pacto operari absq; materia queant: ut plātarum aut brutorum aimæ. Corpus quidem plante ab anima uegetabili: & irationabilium a sensitiua & regitur & agitatur. Verum cum operationes earum non sint nisi in corpore & per corpus: palam est: ipsos gradus a corporibus in quibus uitales operationes exercentur dependere. Frustra igitur sequestrationem uendicarent: ubi nullam operationem absq; corporis contubernio habent. Rursus est alius gradus formarum in quibus sua molis inititur: substinetur: regitur: agitatur: quarum operationes non depēdent ex materia: Sed liberæ solutæq; sunt ab omni corporis contagione atq; organo. Quæ sicut in operando nulli corpulentæ substātiæ affixæ sunt: multo hercle minus i essendo a corporibus pendent. Idcirco tales formæ q̄uis suppremum obtineant gradum: & separatæ maneant: testimonio phylosophorum theologorumq; tamen mirum immodum afficiuntur ad corpus.

Triplex formarum gradus

Quia uero eodem argumenti contexu in medium adductum fuit de motore & artifice: in quibus hæc unio effulgebat: Ne quispiam putaret instrumentū & organum esse unum & idem: eorum discretio aperienda est. Conueniunt quippe: quia unumquodq; eorum est id quo artifex suum exequitur opus: alio & alio modo. Instrumentum quidem ab artifice fm esse est separatum: unitum ei tamen in operando: Artifex lignum absq; sera non diuidet: nec sera sine artifice. Vnum igit̄ sine altero operari nequit. Organum uero & quo ad esse & quo ad operari uirtuti coniunctum est: ut pupilla uirtuti uisiue. Ipsa quippe uirtus est ueluti artifix: & pupilla organum per quod obtutus exercetur: hæc siquidem operatio non attribuitur organo: nec seorsum uirtuti: Quasi uerum esset dicere: uirtus uisiua aut organum uidet: sed quod ex organo & uirtute integratum est.

Digressio declarans an omnium animatorum sit eadem unio: Et quid naturas elementorum conciliare habet in mixto: Et quamobrem mineralia aiata nõ sunt.

Vm triplicem animatorum gradum phylosophi ipsi quorum ope abdita in lucem prodiderunt dederint. Queritur an omnium animatorum idem unionis modus sit: an diuersus? Maxime autem commouemur propter separationem quã soli intellectiuæ cæteris exclus s attribuimus uirtuti. Clarum utique ex iam dictis est: idem modus omnibus aiatorum gradibus competere: quoniã una quæq; forma suo corpori unit: ueluti perfectio suo perfectibili: differenti tamen ordie: nam anima rationalis: sic suo corpori unitur ut ipsum ad eam dependeat. Indignũ quippe foret: ut natura illa in substantia tam nobilis in uirtute tam mirabilis: in operando tam pernix: ut in ictu puncti sua acri intelligentia cœlum omne lustret: & terram ambiat: maria circõuoleta corpore crasso in celeri obtuso dependeat. Quæ mentis insania: Que ue ingenii ebetudo: mortale immortali: insensibilæ uitæ: corruptibile incoruptibili: terrenum cœlesti: temporale eterno præferre: quod utiq; esset: si anima rationalis corporis imperio obnoxia foret. Aliarum autem animarum unio est utique per inhesionem ipsarum ad sua corpora in quibus suis funguntur officiis. Sola igitur rationalis anima seiuncta a corpore manet. Et ut hãc animatorum differentiam ignorantibus aperiam: satis mihi familiare utar exemplo. Triplicem lucis differentiam in rebus creatis comperio: scilicet in sole ueluti in fonte: In igne & in ticione: lux & enim solaris uniõi animæ ratiõalis assimilatur. Sicut enim ipsa aeri unitur: neq; ab eo depẽdet sed pocius aer ab ea ueluti a quodam perfectibile p eam: ut certo experimento cognitum est. Si quispiam loco aeris solis lucem suscipientis: cristallum aut aliud diaphanum poneret: destructo aere: idem radius cristallum illuminans inuiolatus remaneret: qd̃ non fieret si lux ab aere dependeret. Sic corpus animæ innititur & substentatur & non corpori anima. Lux uero in flãma ignis materiæ subtilioris aeris quæ est uapor resolutus a corpore inflamato unitur: & radiat: per quam itelligimus animam brutorum quæ subtilioribus corporibus & aptioribus ad motum & ad alias uitales atq; spirabiles operationes coniungitur: & est radiosa quia lumen cognitionis ex se emittit: sed a materia pendet: id circo cum ea perit. Lux uero in titione quia terrestri & incultæ materiæ copulatur: ex se non effluunt radii uicinum aerem illustrantes: per quam optime significatur anima uegetatiua: quæ arboribus & plantis congruit: carens omni sensu & motu & lumine cognitionis dependens a corpore: quo destructo atq; corrupto nihil amplius lucis apparet. Sola igitur anima rationalis sic corpori alligatur ut diuino iussu soluta permaneat. De præstantia lucis naturas elementorum: tum uarias: tum diuersas: in quadam equabilitate consistentiæ: aut contẽperamento armoniæ conciliantis adoritur sermo. Quesitum fuit: si illa eademq; lux disponens arbusta ad animæ uegetatiuæ susceptionem: ad sensitiuam & rationalem quoq; dispõat, an ꝓm eminẽtiam uitæ nobilior lux exigatur. Tripartitam lucis substantiam docuerunt Sancti: quã explorare frugi est: ut omnis controuersia depellatur. Prima est cœli: in quo stellæ affixæ sunt qd̃ primum mobile: aut octaua spera apud phylosophos appellatur: cuius benefitio atq; occulta uirtute in plantis anima uegetatiua inseritur. Alia est cœli cristallini: longæ nobilioris præstantioriscq; influentiæ: quã neq; poetæ: neq; phy-

De ꝓstãtia lucis An. s. eadem lux disponat arbusta ad uegetatiuã Bruta ad sensitiuam & rationalẽ

losophi: neq; astronomi sua mētis illustratione attigere. Solus Moyses diuino spiritu plenus qd latebat edocuit: genesis primo: Cuius ope anima sensitiua generat in cunctis anim antibus: quæ super terram reptāt. Cæterum cum homo cæteris superemineat rebus: non corpore sed mente: qua nihil præstabilius: consequēs est ut lux illa ineffabilis cœli empirei: uniformis & non agitata influat: Non ad aiam intellectiuam formandam: cum a solo deo creetur: atque humano corpori infundatur: sed ad generandos uitales atque animales spiritus in corpore quibus præuis anima ueluti in proprio domicilio suscipitur. De inanimatis rursus oritur disceptatio. Cum equæ sint ex elementis sibi inuicem litigantibus composita: quorū natura semper est ad corruptionem intenta: nisi lux illa mirabilis cœlorum naturæ animarum admodum uicina ab omni corruptione conseruaret inoxia. Cur aurum: argentum: es: cuprum: gemmæ: animata nō sunt. His litigatoribus respondē dum duco. q̄ cum animarum actiones non sint uniusmodi: sed ingentem diuersitatem habeant puta augendi: generandi: nutriendi: audiendi: uidendi: gustandi: memorādi: discernendi: iudicandi: & sic de multis animarum operationibus: Consequens est: ut corpus animale: qd est organicum non sit uniusmodi: nec simile in toto & in partibus: alioquin tam uarias tam diuersas operationes exercere nō posset. Dicamus igitur q̄ lux in corporibus inanimatis & tantum ſm unum modum armoniæ conciliantis elementa in toto & in partibus. Corpus uero organicū multiplicis armoniæ esse necesse est: ut operationi animæ congruat. Et quia corpora inanimatorum tātummodo sunt uniusmodi. Restat ut ab oi uita sint oio aliena.

Cur aurū argentū & cuprū cæteraq; talia animata non sunt

## Digressio declarans principalem animi sedem & locum.

Vblimis atque gloriosus omnium rerum parens & alumnus deus: cū res pene omnes e nihilo ad mundi speciem atque ornatum condidisset: ne tantis rebus laudator deesset. postremo omnium diuinorum operum spectatorem hominem produxit: non quidem solo uoluntatis suæ imperio ut priora: sed ueluti aliquid magni & ingentis admirationis esset facturus: ut in archanis diuinarum scripturarum comperitur: consulendo hominem produxit: quem solum celestem fecit: cætera uero uniuersa terrena: hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit: bipedemq; cōstituit: scilicet ut eadem spectaret: unde illi origo est: illa uero depressit ad terram: ut quia nulla his immortalitatis expectatio ē: toto corpore in humum proiecta: uentri pabuloque seruirēt: hominis itaque solius recta ratio & sublimis status & uultus originem suam fictoremq; testatur. Eius prope diuina mens: ut Firmianus ait: quia non tātū aiantium quæ sunt in terra sed etiam sui corporis est sortita dominatum. Ob has igit mirabiles ac infinitas (ut ita dixerim) excellentias atque prærogatiuas hominem paruum mundum (ut patrio utar sermone) p'onici appellāt. Cæterum cum cœlo singulisque globis intelligentiam motricem sperarum assignemus: cui toti orbi ad esse essentialiter repugnat eam optimo: equissimoque iure in oriētis angulum pro quieto firmoque domicilio phylosophia collocauit: Sic & in minori mundo mentis sedem perquirere maxime opus est: Idcirco priscorum in hac ancipiti re auctoritate utemur: ut tandem qd rationi magis consentaneum est effulgeat. Plato mē-

Firmianus

plato

tis principatum: idest rationem in capite tanq̃ in arce locauit: hiparcus uero caput principale animæ habitaculum: Democritus aluum cum capite. Anaxagoras cerebrum: unde omnes sunt sensus. Calcidius in capite orditur denique a capite is inquit corporis principali quandam esse eminentiam: propterea que oportuisse ĩ excelso atque eminenti loco tanq̃ arcem totius corporis collocari: ut domicilium esset partis animæ principalis: quæ hogemonicon a phylosophis dicitur: idest ratio. Firmianus hoc idem sentit hominis prope diuina mens quia non tantum animantium quæ sunt in terra: sed etiam sui corporis est sortita dominatum. In summo capite collocata tanq̃ in arce speculatur omnia & contuetur: hanc eius aulam nõ obductam porrectamque formauit: ut ĩ mutis animalibus: sed orbi & globo similem q̃ orbis rotunditas perfectæ rationis est ac figuræ. Et sane argumẽtis probabilibus usi sunt qui hanc partem substinent: oportuisse q̃ tocius corporis regimen habere potius in summo: q̃ est in arce corporis habitare: ne quicq̃ est sublimius q̃ id quod uniuersam rationem moderetur: sicut ipse mundi dominus & rector ĩ summo est. Denique q̃ sensus omnes: idest audiendi & uidendi & odorandi ministra mẽbra in capite sunt locata: quorum omnium uiæ non ad pectus: sed ad cerebrũ ferant: alioquin necesse esset tardius sentire: donec sentiendi facultas longo itinere per collum ad pectus usque descenderet. Ambrosius uir ĩ ecclesiasticis litteris eruditissimus sic inquit. Si quidem: ut cœlum eminet aeri: terris: mari: quæ uelut quedam membra sunt mundi: ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus emi nere: prestantissimumque esse omnium tanq̃ inter elementa cœlum: tanq̃ arcem inter reliqua urbis mœnia: In arce hac: regalem quandam habitare sapiẽtiam: ſm propheticum dictum quia oculi sapientis in capite eius: hanc esse cæteris tutiorẽ & ex illa omnibus membris uigorem prouidentiamque deferri. Q uid enim robur & ualiditas lacertorum proficiat. Q uid uelocitas pedum nisi capitis uelut principis sui imperialis quædam adminiculetur potestas. Et exemplo firmat: qd̃ ratione non conuincit. Ex arboribus licet quæ humani sit gratia capitis estimare in capite arboris. omnis & fructus: ibi omnis est pulchritudo: illius comanos aut pluuiis tegit aut defendit a sole: tolle arboris comam tota arbor ingrata est. Q uanto igitur maior humani capitis ornatus est qui cerebrum nostrum hoc ẽ sedem originemq̃ nostrorũ sensuum capillis capitis munit & uestit: ne aut frigore uexẽtur: aut estu: illic enim fons uniuersorum ẽ: & ideo ubi iniuria nocet: ibi gratia p̃eminet. Q uid sine capite est homo: cum totus in capite sit: cum caput uideris: hominem agnoscis: si caput desiit nulla esse cognitio potest: Iacet trũcus ignobilis: sine honore: sine nomine: Sola ere fusa principum capita: & ducti uultus de ere uel marmore ab hominibus adoratur. Iuris etiam consulti cum sepulchri uiolati causam agerent dicerent q̃ cum in capite omnes sensus & uigeant & appareãt & absque capitis honore truncus corporis nihil ad decorem uel turpitudinem pertinere: offenso capite: sepulchrum uiolari: ymo eum locum sacrum appellant: in quo caput hominis est humatum: licet omnes corporis artus aliæ fuerint sepulturæ mandati. In capite igitur (eorum arbitratu) principaliter residet anima. Hebrei uero in sanguine arbitrati sunt. Cum dicant diuinæ litteræ. Vox sanguinis fratris tui ad me clamat. Et item alio loco: non edetis carnem cum sanguine: quia omniũ animalium sanguis anima est. Q uæ si ita itelliguntur: ut debent animam esse animalium san

Hisparrus Anaxagoras democritus

Ambrosius

Iuriscõsulti

Hebrei

eternis afficere cruciatibus. Consequens est ut bonis quandoque bona & iniquis mala rependat quod cum in hac uita minime fieri conspiciamus: immo plerunque bonis aduersa & malis fœlicia. Erit cogente ratione alius status animorum: alia uita immortalis & præmii & supplicii susceptiua: quā Socrates credidit qui duplicē animorum cursum e uita excedentiū in gymnasiis publice docuit: quoniam fas nō erat: eum qui sceleratus ī uita fœliciter fuerat: effugere qd merebatur: aut eum qui ob iustitiam miserrimus fuerat sua mercede fraudari: Idcirco docent diuiæ litteræ non extingui animas: sed aut p iustitia præmio affici: aut pena p sceleribus sempiterna: Nonne cicero in consolatione non easdem sedes incolere iustos atque impios prædicauit: & uiciis & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in ceno iacere. Castos autem animos integros nulla labe pollutos in cœlo ubi euo sempiterno fruuntur migraturos docuit. Quæ omnia assequi ullo pacto possemus nisi rationalis anima esset immortalis. Socrates

Quod diuina sapientia atque scientia qua concta limpidissime cognoscit non patitur animarum interitum. Capitu. vi.

Archanum diuinæ sapientiæ consilium: qd rerum diuersitatem & cœlorum ornamentum: qd terræ fecūditatem & aquarum necessitatem qd aeris temperiem & ignis subtilitatem miro atque indicibili ordie formauerat: ut mortalibus cunctis inotesceret: & quadam rerum pulchritudine atque uarietate illecti: diuinam sapiētiam omnium rerum ordinatricem summis laudibus (ut equum est) attollerent hominem suæ maiestatis uerum cultorem sempiternum atque immortalem fecit: ut diuinorum operum præco esset: Quis enim tam seri animi: aut quæ præcordia ex silice excisa: incontuendo tantam rerum pulchritudinem: & mundi ornatum: non oblectetur: obstupescat: capiatur. Sed Pauxilulum cœlorum globos conspiciamus: ubi summi ac ueri dei est diuæ maiestatis suæ solium: sanctorumque angelorum ac hominum quietis & pacis firma habitatio: ac in argumētum suæ unicæ potestatis rebus humanis clarissimum ac singulare lumen accendit: cœlum astris fulgentibus distinxit: Terram stabili firmitate suspendit: quā maria circunfudit. Flumia sempiterno lapsu fluere p̄cepit: Quæ omnia idcirco creata sunt: ut hominem diuinorum operum spectatorem excitent moueant atque obnixe inducant ad diuinam sapientiam contuendam rerum procul dubio facturum ordinatricem amplissimis laudibus psequēdam: id quoq; tres pueri regis iussu in fornace succensa positi egere. Simile fecit populus ysrahel siccis uestigiis mare transnadato. Et Daniel in lacu leonum positus. Igitur omnia laudant deum teste augustino: scilicet celestia terrestria. Angeli homines arbusta amnes & reliqua omnia in quibus facientis uirtus disponentis sapientia & conseruātis benignitas efulget: non qd dixerim in sensibilia: aut muta diuinas laudes attollere posse: qbus formande uocis nulla instrumenta accomoda sūt. Quis enim nesciat: loquendi aut cogitandi munus arboribus atque plantis non esse concessum: quibus deum laudamus atque magnificamus. Sed cum mens humana rerum contemplatione defessa exercitaque in se se colligit: ex his exterioribꝰ rebus: ī quibus admodū prospectus oblectatus est ī maiestatē dei diuinorūq; oium cōtuendā amplissimisq; laudibꝰ celebrādā scādit: dulcissimos suauissimosq; cōcentus ex rerū magnitudie ordine pulchritudine efficit: Aut igitur: ut ad rem properet

oratio) suos cultores & fidos amicos cognoscit: diligit: fouet: aut ignorat. Si ab integro cognoscit: aut sibi est cura: aut nihil pendit: quorum primum astruere præcipue in pietatis: alterũ uero incredibilis inclementiæ est. Quid enim in rebus humanis fulginosius accipi potest: ignorationis nomine: Quid monstruosius intellectu lumine cognitionis carente: Non sic arpiam contactu fedãtem omnia horremus sicut natura ignorationem. hæc quippe omnium uitiorum sentina ẽ: ex qua omnis impietas effluxit: reiicienda quippe si facultas nobis daretur: esset ab omnibus mortalibus præsertim cum iuste pie sanctissime uiuere cupientibus plurimũ officiat. Nam & si homines fedat atq; dehonestet: Quanto magis deum omnipotẽtem mundiq; censorem. O insania nimia hominum: putare artificem latere sua sibi opera cum omnia in sapientia sua: ueluti in quodam splendidissimo speculo efulgeant: omnia enim nuda & aperta sunt ante oculos eius. Paulo instruente & ipsa sola cœli girum circuit. Igitur suos ueros cultores atq; etiam iprobos cognoscit: Nec epicuri leuitate suos fortes fidosq; amicos cõtemnit: sed defendit: roborat: atq; tuetur. Nonne habraham de caldeorum incendio illæsus euasit: Nonne loth angelorum præsidio in montem saluum se fecit: & Iacob ex mespotania rediens in terram patrum suorum de manu esau se liberauit. Patitur nõnunq̃ diuia miseratio iustos in manus impiorum incidere: ne ocio & corpore corrumpant̃: Sicut sæpenumero patres nostri qui terrenis & fragilibus bonis eneruati rerumq; prosperarum felicitate corrupti: in luxuriam atq; profanos gentium ritus ultro prolapsi sunt: Quos erudit & ad iustitiam præparat: & crebris laboribus frangit: ut eternæ immortalitatis præmium tandem consequantur: quod si hoc accidit eis qui aberrauerunt a disciplina legis qui uincula rumperunt: qui deorũ simulacris se mãciparunt. Quãto magis illos cognoscit: ac tuetur qui nõ opes: non fortunas: sed pro eius honore cultu dignitate uitam impiorum gladiis dedere. Quid enim illustrius: quid optabilius: q̃ pro illius amore mortem oppetere: qui pro nobis tuendis saluandisq; cruci cruoris respse affigi uoluit: Sic Petrus & Andreas: sic lapidib9 obrutus Sthephanus: sic exustus Laurentius: Sic iugulata Chatelia: Sic Agnes abrepta: & sic de reliquis quorum uita tyrannorũ immanitatibus semp ludibrio fuit. Filius dei herodi. Neroni Paulus: Ioannes Domiciano: Indignũ: admodum esset ac crudele: deum nihil de suis cultoribus curare: quippe qui nec regum: aut imperatorum minas terroresq; expauescebãt: eorum iussa & sacrilegas: cruentasq; manus despiciebãt. Malebant enim in edia confici: igne uri: bestiis obici: ferro torqueri: atq; inenarrabilibus cruciatibus necari: q̃ leui crimie deũ offendere. Si igit̃ deus ẽ ut ꝓ cõfesso atq; indubitato habet oĩs tum uetus tum noua achademia: igitur summum bonum est qd̃ a se abigit omne malum. Deum autem in humanis haud curare: nihil detestabilius. Auffert in primis diuinam prouidentiam: qua mundus iste & regitur & gubernatur: Subuertit iustitiam: tollit omnem religionem. Vt quid deo præces porrigam: si meis uotis consensurum minime sciam: frustra & laudes: obsecrationes: gratiarum actiones si audiendi munere careat deus. Quorsum græcia: omne latium omnisq; barbaries placandorũ deorũ ritus sacraq; instituisset: si surdis aut mutis diis imolasset: ualitudinẽ corpis igit̃: aut bonã fortunã: aut de hostib9 uictoriã colẽtibus deos ꝑstare posse prisci crediderũt. Carthaginẽses &. n. cũ ab agatode sciculorũ rege nauali ꝑlio uicti fuissẽt: Saturnũ cui hũanas hostias imolare soliti erãt

Catelina Agnes

Saturni Sacra

iratum sibi putauisse: atq; ut diligentius piaculum soluerent: ducentos nobiliũ filios sacrificarunt. Lacialis etiam iupiter sanguine colebatur hũano: fuit & lex apud tauras in humanã & feram gẽtem: ut Dyanæ hospites imolarentur: Apud iapsatũ priapo litabilis uictima est asellus. Lunæ thaurus mactabatur quoniam similia cornua habet. Apud lindum rhodi oppidum herculis sacra sunt: quæ maledictis & execratione celebrantur: eaq; pro uiolatis habent: si inter solemnes ritus in prudenti aliqd bonum uerbum exciderit. Cretici youis sacra etiam sũt. Floram scortum nobile deam florum senatus constituit. eamq; oportere placari: ut fruges cum arboribus aut uitibus bene prospere florescerent. Si autem dii nec possũt nos iuuare: nec uolunt: nec omnino curant: Stultius nescio quid dici possit q̃ illos pietate sanctitate religione colere: a quibus præsidium nullum expectatur. Sed cum Socrates & Stoyci fere omnes deorum mente atq; ratione mundum administrari & regi censeant: & ab eisdem hominum uitæ consuli: & reliqua omnia quæ terra parit a diis immortalibus tribui humano generi putant: ipsis sacratas præces adhibeamus nihil certi præter q̃ ut bona tribuant petentes: q; si hoc gentibus quibus diuina eloqa iuisa erant insedebat. quãto magis nobis ipsis certissimũ esse debet: quibus diuina misteria semp patẽt. Cognoscit igitur & indicibili beniuolẽtia suos beniuolos amicos complectitur: quos (ut ꝓbet) nouos excitat hostes: quibus nos uexare abstere re diuersis tormentis nos affligere maximam indulgentiam impartitus ẽ. Et quos in acie fortiter dimicare atq; hostes depellere animaduertit coronã elauro plexam tironibus suis: imponit palmam quoq; in manibus: ut ad uitæ celestis triumphum sic amplissimis honoribus a rege mundiq; imperatore affectius festiuiter scandant: quem nancisci nemo posset: nisi anima immortalis foret: hanc enim pro mercede suorum laborum sperat homo: qua detracta: nemo se tantis discriminibus obiecta ret aut tantis se frangeret laboribus: ut in edia conficeretur. Quam assequi in hac mortalium uita referta omni cura: labore: calamitate: haud fas est. Consequẽs est: ut corpore putrescente anima semper uiuat.

Iouis priapo Herculis

Socrates

Quod appetitio glorię atq; laudis quã summope expetere uidẽt artifices poetæ phylosophi atq; sũmi impatores aium immortalem efficiunt. Capi. yii.

On sũ quidẽ nescius q̃tis fortunæ discriminib9: q̃tis item bellorũ laborib9 sũmi uiri se imerserit: ut hac gloriæ & laudis fœlicitate oium gentiũ & liguis & lris celebratã: ymo cũ oi euo equãdã uẽdicarẽt: & nõ solũ illi qbus fœlicibus faustisq; auspiciis orbis iperiũ ꝓpagandi amplissima potestas largita ẽ: Sed opifices qdem his gloriæ stimulis cõcitati: quousq; eorũ igeniũ ꝓgredi posset tẽptare merito sũt adorti: Nã cũ arthemisia mauselo regi carie sepulchrũ iter septẽ mirabilia cõputatũ ob p̃cipuũ cõiugis amorẽ: dedicare statuisset: Statuarios toti9 orbis isignes: ut celarẽt accersiri iussit. Regia anteq̃ ii op9 cõsumassent e uita migrauit: nec opifices recedẽdũ fore arbitrati sũt: nisi pri9 illud eorũ gloriæ monumẽtũ exsoluissent. Quo fit: ut plinio placet artificum manus certarent. Pingat siquis potest uenerẽ appellis pictis uariis quẽadmodum zeusis aues fallat. Tabulis atque limpheo parrasium prouocet. Eburneo youe in clipeo mineruæ se includat. Spirantes equos policleti atque euphanoris marmoreos collissos sculpat. Animosa signa lisippi fingat. Cauandis gemmis pergoteben lacessat. Grudum & praxiteles sua uenere nobilet. Neptunnus

Celatores dignis

suasq; inhercides delphinis insidentes. Scopæ eripiat mensis. Et rasis cum mentore certet. Hi enim cum perniciter ad interritum semigraturos animaduerterẽt ne eorum uita (instar pecudum) silentio transiret: deorum delubra aut statuas ingenti ere maiori longe artificium industria: quo spargere ac diffundere nomen suum per orbem possent construxerunt. Catus propterea fuit Emnius superiori affricano: Cuius effigiem in monumentis corneliæ gentis collocare uoluit: q; ingenio eius lõge lateq; per orbem opera sua: si tamen illis litterarum lumen accessisset illustrari poterant. Marius item eximie. L. plocium dilexit: cuius opera ea quæ gesserat posse putabat celebratum iri. Simile fuit apud actium poetam i Drusio bruto claro duce: cuius prompta laudatione uersibus templorum additus: quæ ex manubiis consecrauerat adornauit. Pompeius quidem magnus Theophane mithileneum rerum suarum scriptorem ingenti beneficio impẽso ciuitate donauit. Hac siquidem gloria accensus Alexander cum ab anaxagora accepisset Democritum abderitem eius præceptorem scriptum reliquisse innumerabiles & propemodum ifinitos mũdos esse exclamauisse aiunt ac dixisse heu me miserum qui nec quidem uno potitus sum: atq; is cum infigeo ad Achillis tumulum astitisset. O fortunate iquit adolescens: qui tuæ uirtutis prexonem homerum inueneras. Id circo suæ gloriæ emulator: multos rerum suarum scriptores secum habere curauit: quorum ingenio uictorias atq; splendidissimos triumphos terra mariq; celebrandos relinqueret: Tanta cupidine laudis & gloriæ flagrabat. L. scylla: ut eius ãnulo: quem in digito portabat: Sculptum fuerit iugurtam captum a rege bocco atq; uinctum ad marium deductum sua callidítate mirabili. Ferunt etiam Temistoclem stimulis uirtutum agitatum: & ob id noctes inqetas agere: sciscitatus ab amicis inquietudinis causa quænam esset. Respondisse tradunt: quia me melchiadis trophea de somno excitant. Idem theatrum petens cum interrogaretur: quæ uox sibi auditu gratissima foret: intulit eius a quo artes meæ optimæ canerentur. Nonne. P. scipio &. Q. Fabius illustrium uirorum contemplandis imaginibus excitari se magnopere dicebant: neq; eam flammam prius sedari q̃ uirtus eorum famam atq; gloriam maiorum adeq̃uerit. Ea res quoq; Iulium cæsarem uisa magni Alexandri imagine: ad summam rerum accendit. Trahimur omnes studio laudis inquit Cicero & optimis quisq; maxime gloria ducitur: immo nec quispiam est tam agrestis: aut feris moribus: quin eius illecebris capiatur. Sic illi qui ut in terris nomen suum celebrandum relinquerent: Turrim babel hedificauere. Sic absolon filiorum orbus: ut eternitati nomen suum mandaret æquaretq; se omni posteritati: fornicem insignem erexit. Sic Simõ uir strenuus & bellator accerrimus: ne fratrum præclara facinora crebras uictorias quas diuina protegente miseratione in populo dei fecerant: oblitterarent ac uetustate abolerentur: ita ut deperirent omnino supra sepulcrum parentis sui atq; fratrum edificium sublime: altum uisu: lapide polito: retro & ante extruxit: & statuit septem piramidas: unam contra unam parentibus: reliquas uero germanis suis: q bellis asperimis defatigati more fortium uirorum magniue obierant: Et his circum posuit colũnas magnas: & sup colũnas arma & signa: & iuxta arma naues sculptas: a nauigantibus mare pspici poterãt ad memoriã sempiternã. Tanti quidẽ apud ueteres fuit gloriæ cupiditas: quæ dies noctesq; stimulis suis mẽtes mortaliũ exagitabat: ut ẽt improbi sũmopere expecterẽt: Nec ut eã quã propẽsius exoptabant p

Poete graues

Alexander

L. Scylla

Cicero

Absolon

Simon

sequerentur pericula queq; subire formidabant. Inuetus est enim qui dyanæ ephesie delubrum incedere uellet: quo opere pulcherrimo exusto atq; pœnitus consumpto: nomen eius per totum terrarum orbem diffunderet. Pausonias item cū hermadoclen percunctatus esset: quo nam modo repete clarus posset euadere: atque is respondisset: si aliquem uirum illustrem occidisset mox in necem philippi cōspirat. Omitto alias causas quas iustinus refert. Qui cum nuptias Cleopatræ filiæ & Alexandri quem regem ephirri fecerat celebraret. Dies erat pro magnitudine duorum regum & collocantis filiam & uxorem ducentis: insignis apparatibus. Phylippus absque sui corporis custodibus ad spectaculum medius inter duos alexādros: filium generumque cum contenderet pausonias nemini suspectus: occupatis omnibus angustiis: in transitu phylippum obtruncat: diemque lætitiæ distinatam: fedum luctu funeris facit. Quis tam fortis: aut quis animo constās: cui si paulum caput demulceas eius dulcedine non tangatur: Nō sic xerses debellorum classium apparatu: aut hector de uirium robore: aut de cultu uenus: aut de potentia arphasat. aut de scientia phylosophi: aut de eloquentia Cicero gloriabatur. Sicut nonnulli de mundi opum atq; diuitiarum contemptu. Existimantes pluris esse: & maiorib9 gloriæ atq; laudibus eximiis dignum uniuersis renunciasse uoluptatibus: q̄ in his adeptis obtutum oblectare. Potuisset quippe. M. Curus romanæ frugalitatis specimen: pōdus auri a samnitibus sibi publice missum accipere: atq; eo uti: sed maiori lōge gloriæ sibi ascribendū duxit: malle locupletibus imperare: q̄ ipsum locupletē fieri: eius quoque gloriæ Emulus Fabricius Lucius: idem fecit: nam decem eris & quinq; pondo argenti totidemq; seruos sibi a samnitibus missos: in samnium sæpe uacuos remisit. Florebat ea tempestate frugalitas: auaritia uero aut omnibus inuisa: aut incognita erat. Cyneas enim cum a pirrho rege ephirotarum confirmandæ pacis gratia romam missus fuisset: ingentibus donis (mirabile dictu) neminem cuius domus pateret iuenit. Simile exemplum isdem fere temporibus fuit. Nam missi a senatu i egiptum legati: cum ingentia sibi a ptholomeo munera remissa spreuerunt. Ad phylosophos autem nunc nostrum conuertamus stilum. Nam licet (teste cicerone) de contemnenda gloria libros ediderint: quia in principio nomen suum imponunt: quā despiciunt oppido expetunt. Nonne hac ipsa frugalitate cōtenti mundi irritamenta omnia contēpsere. Democritus agros suos neglexit. Chrates tebanus auri pondus in mare abiecit. Socrates in pompa cum magna uis auri: argentiq; ferretur: quā multa non desidero inquit. xenocrates pecuniam ab Alexandro missam ex cenula legatis facta satis spreuisse indicauit: quos ut tristiores uidit: triginta minas accepit: ne aspernari regis libertatem uideretur. Diogenes cinicus tanta paupertate gloriabatur: ut cum nihil aliud possideret: nisi ligneum calicem quo bibebat: Et cum puerum caua manu bibentem conspicatus fuisset: i terram uas illud ellisit dicens. Nesciebam q̄ natura poculum haberet. Paupertas ut apuleius inquit est gratum phylosophis crimen omnium ciuitatum conditrix: omnium artium repertrix: omnium obscenitatum inops: omnis gloriæ musica: cūctis laudibus apud oīum nationes pfuncta. Eadē enim est pauptas in aristide iusta in fauone benigna: in ephigmēide strenua: in scipiōe admirabilis: in socrate sapiēs: i homero diserta: i lactantio p̄cipua: i francisco stupenda: eadē pauptas in populo romano impium fūdauit: adoleuitq; quapp multis seculis simbolo & catino fictili: diis

pausonie flagitium

philippus

M. Curius

Democritus
Chrates
Socrates
Xēocrates
Diogenes

Apuleis

Lauds paupertatis

immortalibus sacrifitia offerre consueuerant. Q uæ nã res: ut ad poetas & hystoricos ueniã poetæ nri aĩum accendit: ut studio: cura: labore: fractus: defesusq; alterũ triũ apud ueteres ipossibiliũ facere adoriret: Fama atq; gloria nois sui: Q uæ ut homero & si nõ anteiuerit: tamen se adequauerit: fama atq; gloria: Q uæ nã homerũ: Euripidẽ: Sophoclem: Aristophanem: Ouidiũ: Flaccũ: omnesq; alios tũ græcos: tum latinos agitarunt: fama atq; gloria. Itẽ. M. Cato: Fabius pictor. L. Piso: primo antiqui annaliũ conditores apud ueteres romãos egregiis quibusdã laudibus celebrabantur: Sic crispus Salustius ob multiplices hystoriarũ cõscriptiones. Sic. C. Cæsar ex cõmentariis belli gallici belliq; ciuilis. Sic. Q. Curtius gestorũ quoq; magni alexãdri scriptor. Sic Iustinus insup ex suo trogi Põpei ephitomate. Sic pterea tranqllus: Suetonius ex duodecim suorũ cæsarũ uitis. Sic plutarchus. sic. T. Liuius ex uariis romanorũ hystoriis ingẽtes ac maximas laudes (consensu oium) non immerito reportarunt: Nec solũ ipli: q summa cũ diligentia regũ atq; imperatorũ res gestas tũ litteris tum aliis monumentis celebrarunt: imortalitatem quãdam nacti sunt: sed etiã quos dignos laude atq; gloria censuerunt: quo imortalitatẽ illorũ ulla nunq̃ labe: nulla deniq; tabe infecturam proderent: diuinos honores faciunt illos esse assecutos. Homerus itaq; semp deos eternos & imortales appellat: cum hoies ephimeros: idest diuinæ uitæ esse asserat. Q uanq̃ etiã apud illos hoies: quos ob aliqua merita: aut uirtutẽ in cœlum translatos esse crederẽt: deorum appellatione nuncupant: Hinc hercules: hic castor & pollux: hic esculapius: hic liber et hũc dico liberũ semele natũ: hinc qrinũ putant: quorũ cũ remanerent aĩ atq; eternitate fruerent: rite dii sunt habiti: ut inqt cicero cũ etiã optimi eẽnt & eterni. Certe si in hoc tam exiguo uitæ curiculo: nihil in posterũ psentiret aĩus: & si qbus regionibus uitæ spatiũ circũscriptũ est hisdem oẽs cogitatiões terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret: nec tot curis uigiliis angeretur: nec totiens de ipsa uita dimicaret. Nec me pudet oratoris summi uerba recensere qbus oium dictorũ claudit extremũ. Nã cum multa de gloria poetarũ digeste atq; pensitate disputasset: ut archiã poetã non insuauẽ defenderet: ex gloriæ stimulis: quos i optimo quoq; isedere animaduertit q noctes ac dies i labores: erumnas: neces impellebant imortalitatẽ: quã psuadere utimur ita conclusit. An uero inqt ipse tam parui tãq; angusti animi eẽ uideamur oẽs: qui in rep. atq; in his uitæ piculis laboribusq; uersamur: ut eum usque ad extremũ spatium nullũ tranquillũ atq; ociosum spiritũ duxerimus: nobiscum simul moritura oia arbitremur: Minime inq̃: sed horum exemplo putamus: imo cõcitamur: & admonemur: nõ breui temporis curiculo nominis nostri commemorationem esse dimittendã: sed famã ac gloriã orbi toto spargere ac semiare: ut oi cum posteritate adequet: quo nostrarũ rerũ gestarũ memoria eterna efficiat. Cum igit hominis uirtus nullam aliam laborũ suorum mercedem exposcat præter hanc laudis & gloriæ: nec frustra deus & natura hũc immortalitatis appetitum hominibus indidit quo sempiternum & immortalem credit. Erit igitur aĩma immortalis ut laborum suorum eternum summat præmium.

Homerus

Hercules
Castor &
pollux
Esculapius
Cicero.

Q uod fortitudo timores & audacias moderãs: qua illustres uiri pditi fuerũt: Arguit animarũ immortalitatẽ. Capitu. viii.

Ortitudinis decor atque sublimitas: cum circa terribile uersari solcat. athletas illos pcipue amplissimis laudibus psequi decet: qui non ege

ſtate: nō neceſſitate: ſed ultro mori præeligūt: ut aliquo p̄claro atq; magno facinore fiant eterni. Idcirco cū in expectatiōe potius q̄ i agreſſu ſit fortitudinis ratio: ut inquit Ariſtoteles fortes illos haud maxie appellant q̄ deſperatione acti: mortis horrorem nō expaueſcunt. Nautæ & eni cū tempeſtates: & maris inclementiā atq; undarū tumores: noctē quoq; atram: & puppi ex aduerſo aquilonē ferire cōſpicati fuerint: oi ſpe deſtituti: i prora ſedēt: mortē futuram expectantes. Sic egrotātibus plerūq; accidit: ut urgētibus doloribus: hō equo aio mortē non phorreſcat: ſed expectet. Fortes aūt & bene cordatos dicimus qui ſpreta mortis i clemētia: i optimis periculis: cuiuſmōi ſūt bella ꝓ ſalute reip. ſuſcepta: aut ꝓ fidei zelo: mori exardeſcūt. Quid enim illuſtrius q̄ ſuo ſanguie uitā patriæ ꝓpagare: Aut quid magnificētius: honeſtiuſue: q̄ in ope uirtutis i quo ꝓpatetici felicitatē ſtatuunt occūbere. Egit hoc eritheus & filia nā ꝓ patria oppetere expetiuerunt: egit & Athenis codrus rex: qui cultu regio depoſito: ne agnoſci poſſet: quo athene uictrices forent: inter conſertiſſimos hoſtes ueſte famulicia ſe immiſit moriendum. Egit hoc idē thebis. Menecheus: & romæ curcius & decii duo: egit idē ephigenia: quæ ſe ad patriæ tutelam immolandā dedit: ut hoſtiū ſanguis eliceret ſuo. Egit ſimile. Q. Cedicius tri. ma. i primo carthaginenſi prælio: ut ab excidio romanorū caſtra liberaret: qd̄ ex loci importunitate futurū erat admonuit imperatorē: ut in hoſtiū cuneos quadringentos milites morituros mitteret. Tūc quis nā erit qui ducat inquit cōſul: Si aliū inquit tri. neiem repis me licet ad hoc periculū utare. Ego hanc tibi & reip. aiam do. O i audita & ſeculis uniuerſis admiranda fortitudo. O expetēdus prudentibus iteritus qui nos noſtroſq; maiores non extinguit aut abolet: ſed fama atq; gloria imortales efficit. Sic uiuit. Oracius: cocles qui etruſcis in urbē ponte ſublicio irrupētibus: totūq; hoſtium agmen inſatigabili pugna ſuſtinuit. Sic brutus qui filios ſuos necauit exactos ſupbos redducere temptātes. Sic leonidas ſpartanus. Sic otriades lacedemoniorum dux. Sic epaminundas thebanorū ſpecimē. Quid enim excellētius magnificēciuſq; q̄ uitā triumpho claudere nec ad incertā rerum reſeruari poſt certā uictoriam. Senſit hoc idem Cæſar ipſe. Nam parto totius orbis impio: ſe ſatis diu naturæ uixiſſe dicebat. Sciebat enim maximis ſucceſſibus fortunā iuidere. Nihil q; ſibi tā amicū q̄ rerum uiciſſitudo. Fortis igit (ut aliquādo me colligā) non ē ille qui animoſe amara atq; aſpa quæq; ob ciuiū ſalute ſubire non expaueſcit atq; recuſat. a fortitudine appellatus: quā ueteres patres ſic diffinire. Fortitudo eſt habitus medius: circa auſibilia & terribilia: in bellicis periculis: agreſſiuus & expectatiuus: ꝓpter deſiderium boni: uel fugā turpis actus. Qui ergo ut legū ciuiūq; obiurgationes fugiāt atq; conuicia: aſpera quaq; uel acriter aggrediunt: uel ſubſtinēt nec merito fortes niſi ciuiliter ſunt appellandi quippe qui nō uirtutis grā: ſed dedecoris potius arma corripiūt. Hector bello troiāo exaſperatus atq; agrauatus admodū: acies & caſtra deſerere a ſociis ꝓſuaſus tenuit: pauens ne polymidis friguis ſuis carminibus in ludibrium ſempiternū fugā eius caneret. Simile fuit in diomede qui ob parentis fugā: quā hector facere cohegerat: de qua apud troianos heroicis carminibus ſæpe gloriari ſolebat: ut græcorum obprobriū ſempiternū renouaret. Caſtra deſerere noluit. Idcirco apud illos bellatores: ſtrenui ſunt inuenti pœnes quos timidi fuerunt pœnis grauibus & fortes uegetioreſq; ampliſſimis honoribus affecti. Romani ueteres: ut ciuium animos ad bella peragenda accenderent: militares coro-

Ariſtoteles
An deſpati q ſe morti tradūt fortes ſint appellandi
Fortes
Eritheus
Codrus
Menecheo
Ephigenia
Q. cecidio
Nihil excellētiusq; uitā triumpho claudere Cæſar
Quid ſit fortitudo ſm antiquos
Hector
Diomedes

nas uictoribus statuerunt: ut hac cupidine accensi atq; inflammati ingentibus animis in hostium cuneos irrumpent. Verum cum omnes non ex equo pugnēt: nec omnibus eadē est corona sed (ueterum auctoritate) circiter octo fuisse accepimus: quarum nomina hæc sunt. Obsidionalis: ciuica: Muralis: Castrēsis: Naualis: Oualis quasi triumphalis: & triumphalis: Obsidionalis egramine fiebat: quā ii qui obsidione liberati erant: ei duci qui liberauerat propterea donabant: q; ibi gramen: ubi obsessi tenebantur: plerunq; generaretur. Hanc. S.P.Q.R. Fabio. Max. secondo bello punico non immerito dederat: quoniam urbem romam obsidione hostium liberasset. Ciuica appellabatur: quam ciuis ciui a quo in prælio seruatus erat testē uitæ salustisq; perceptę concedebat: ea e fronde quernea uel lignea ob id efficiebat q; uictus antiquissimus ex quercubus atq; ilicibus capiebatur. Hac corona ciuica. L. gellius uir censorius in senatu ciceronem consulem donari a rep. censuit: q; eius opera atrocissima illa cathelinæ coniuratio detecta iudicataq; fuisset. Muralis corona ab imperatore donabatur: quisquis primum per uim in oppidum hostiū ascēdisset. Castrensis dicebat: qua imperatores eos donabat qui primum pugnantes hostilia castra ingrederētur. Naualis qua maritimo prælio donari solebat: qui hostium naues ui armati transiluissent. Hee quidem tres ex auro fiebāt. Oualis mitra habebatur: illa ipsa imperatores utebantur: quādocunq; ouandi gratia i urbem reuertebantur: uel cum uictores ex indignis bellis: aut seruorum pyratarum gestis domum remearent: aut repente deditione facta incruentaque uictoria obuenisset. Augustus enim post philipēse & rursus post siciulum bellum: bis ouans urbem ingressus est. Oleagina eaq; coronabantur: non qui prælio iterfuissent: sed qui dignū aliquem pro absētibus imperatoribus triumphum procurasset. Triumphalis ex lauro quæ solis iperatoribus triumphaturis seruabatur: qui cū ex ancipiti bello cruentaq; uictoria subactis hostibus in patriam reuertebantur: triumphalibus curribus cunctis ornamentorum generibus præditis: ipsi tamen undiq; purpurei: ac laurea coronati per urbem uehebantur. Hanc quirites gloriam ut prosequerent obnixe usq; ad capitis periculum omnia passi fuissent. Nonne mucius scæuola ignis icendium exusta manu superauit. Nonne. M. Regulus a cartaginensibus i angusto ligno positus constantissime uixit. Nonne nisus sese medios moriturus in hostes irruit: ut pulchram properaret per uulnera mortem. Sed cur moror i uiris: cum & mollior atq; infirmior longe sexus: hac cupiditate accensus: mortem flecipenderit: Nonne Lucretia a filio Tarquini stuprata: coram parente & coniuge mortē sibi istituit: Nonne uirginea a parente in foro percussa: magnanime obiit: Nonne claudia uirgo: cum multis uirginibus a romāis obses data personę regi: cum equo tiberim enatans: se & reliquas uirgines de manibus regis liberauit: Omitto uirgineā. L. Lucei coniugem: Portiam cum maior admodū uirtus in earum casu emanauerit: q̄ in earum dulcissima uita. Alia est fortitudinis species a priori deffitiens: quā seruilem Aristotiles appellat: Non enim spe gloriæ milites pugnant sed metu ac necessitate coacti. Sic sæpenumero romani aduersus hostium copias pugnarunt. Nam romanensi strage uix subacta patres suas sedes alio cōferre statuerunt: nisi iuuenis ille affricanus obstetisset: qui euaginato gladio se perempturum fugere uolentes: atq; italica arua linquentes: Sed blandis uerbis ad patriæ tutelam iflammas dixit: uos quidem inacti uirtutæ estote parati ad bellum: nec dure atque aspere res animos ue

Octo fuerūt militari corone

Augustus

Lucretia stuprata

Virginea

Fortitudo seruilis

Iuuenis Africanus

ſtros defatigatos laſſent: ſed memento te pro liberis laribus: fama atq; gloria uos certare. Q uos timore perculſos adeo erexit: ut quaſi captam urbem de mãibus hoſtium multo cruore atq; ſtrage uendicauerit. Simile fuit in. M. emilio qui cum iſcæliciter romãos milites pugnare atq; fugam parare animaduerteret imperator ad bellum ire coegit: dicens ſe infeſtiora arma inuenturos: q̃ hoſtium in caſtris: quo edicto perterriti milites: ingentibus animis dimicarunt. Omitto furioſam de qua licet homerus hectorem commendet: tamen aut certe parum aut nihil uirtutis habet. Q uæ item fortitudo eſt iſta athletas cum ignaris pugnantes uidere: Solus igitur (ut multa præteream) ille fortis eſt merito cenſendus: qui terrores mortis: aut quoſlibet alios cum recta ratione: & nõ neceſſario: ſed ultroneitate quadam uel aggreditur: uel equo animo omnia aduerſa patitur: Igitur ex longo propẽſius uerborum contextu concludit Odo in commentariis ethicorum q; fortitudo eſt uirtus ellectiua & executiua expectationis terribilium quoruncũq; cum conſtantia & tolerationis dolorum uſq; ad mortem: cum paciẽtia pro uirtute ac ueritate ſaluanda medians inter plus & minus: timere autem plus & minus expectare: inter timiditatem & intimiditatem inoperatione ſua: manſuetudinem induens ſpem retinendæ uirtutis firmiter tenẽs triſtitiam ex corporis afflictione patiens: & in ſuo fine gloriam magnam habens. Fortis igitur (ut ad rem ipſam ueniam) qui ob amicorum ſalutem: uel obpatriæ tutelam ſe ultro neci obtulerint quos paulo ante noſtra commemoratione dormientes a ſõmo euigilauimus: nunq̃ mortem uitæ comodis hi p̃tuliſſent: niſi ſe immortalitatem (natura docente) conſequi putaſſent. Nulla &. n. uirtus ad opera in animalia: aut inepta inclinat. Sed ſi abſum ullo immortalitatis præmio quiſpiam mortem non effugeret ſed expectaret: non timeret ſed expectaret: quid illo homine inſulſius. Tanti eſt huius temporalis atq; breuis uitæ appetitio: ut non tantum hominum cõſenſu: ſed etiam animantium uniuerſorum quaſcunq; miſerias: calamitates: diſpendia: libeat ſuſtinere. Cum igitur laborioſa hæc & breuis uita omnibuſq; anxietatibus referta omnium arbitratu magnum bonum eſſe dicatur manifeſtum eſt eandem ſummum: ac ſolidum: perfectumq; bonum fieri: ſi fine careat & omni malo. Deniq; nemo unq̃ extitiſſet: qui hanc quã expetunt tam ſapientes q̃ ſtulti: tam reges q̃ demiſſi: tam capularii quã pueri contemneret: Nec ipſi etiam tam faciliter aios eorum proieciſſent: niſi ſpe uitæ longioris. Q uod ſi ſanctorum martirum agmen ſecus ſenſiſſet: neſcio quid iniquius: quidue inclementius hac immanitate barbarica: non comparanda: ſed anteponenda inclementiæ gallo græcorum: qui ut in hoſtes crudeliores eſſent: atq; acrius pugnarent manus ſuas in carorum pignorum ſanguine tinxerunt: Et ideo cum tam neſandam & infauſtas uoces atq; horridam mortem fuerint chriſti tyrones perpeſſi: ne uerbo q̃dem reluctantes abſq; ſpe futuræ uitæ: omnibus beluis optimo iure deterriores eſſent: quæ ut uitã tueri poſſint accerrime uel morſibus uel unguibus: uel roſtro pugnant: Nam ſicut non noſtra ſponte in hanc uitam uenimus: ita rurſus ex hac corporis cuſtodia non eſt migrandum ſine illius iuſſu: qui nos in hoc corpus induxit tam diu habitaturos: donec iubeat emitti. Cæterum cum chriſti athlete ultro leto caput obuiis: aut lictoribus obtulerint: Magnum profecto noſtræ immortalitatis argumentum. Tantus iampridem præſentis atque erumnoſe uitæ horror ueteres illos inuaſerat: tanta futuræ uitæ cupiditas inceſſerat: ut tanq̃ in cœlum migra-

M. emilius

Quis ſit fortis merito appellandus

Odo

Quid ſit fortitudo

Fortes

Sãctorum martyrum agmen

turi essent: sibi ipsis manus intulerunt propriūque animi domicilium uiolauerunt ut cleãtes ac crisippus: ut Zæno Empedocles: ut Cato & ambrachiotes: nec illecebræ uoluptates: quas quique mortales expetere solent: eos usq; adeo iretire quiuerunt qui sola spe cõsequẽdæ imortalitatis illecti: eos omnes ut fimum abnuerit: flocipenderintque. Nec obstat: quod in calce capituli præsentis: dicturus sum: forsitan non tantum obfuisset uulgo si ab exordio destruxissem. Sed quo res cunq; cadat. Aristotelis sententia erit nobis usui: sicut millus cani & licet palam in tractatu de fortitudine hanc quã illustramus partem non fuerit ꝓfessus: immo cum dicit. Nihil uidetur mortuis esse bonum uel malum. Referenda sunt uerba ad uulgi opinionem & uisionem: cuius tanta ẽ mentis ebetudo: & prauarũ religionum sedatio: ut nihil de animorum eternitate nihil de præmio uel supplicio credat. Vtinam eos ab inferis homines conuenire possem: quos reuincere facillimum esset. Nõne mortuorum commemorationes funerum pompe & annui ritus: quos deorum. M. placandorum patres ac maiores nostri celebrandos: tanta cura: tanta religione istituerunt: nobis ausam ꝑstiterunt: quo inuiolabili fide teneamus: animos non extingui sed pro iustitia: uel præmio: uel censura afficí. Q d̃ cirus ultima ualitudine moriẽs satis indicasse uidetur: quippe qui ex amplissimis maiorum honoribus quos tanta pietate superstites detulerant: ut optimo equissimaq; iure filios immortalitatẽ animorum doceret. Redeo igitur unde digressus sum cum mortis expectationẽ Aristoteles uirtutis operationem dicere sibi usurpet: & iam declaratum est uirtutem sine præmio consistere non posse: Erit igitur anima semper uiuens: ut suæ intrepidæ expectationis mercedem recipiat: quod limpidius expressit in nono libro inquiẽs boni & studiosi morientes: sibi ipsis magnum bonum eligunt: quod uanum & impossibile esset: si anima una cum suo corpore interiret.

Cirus

Aristotiles

Quod omnipotentia dei in unione extremorum primæ contrarietatis animorum perpetuitatem arguit. Capitu. viiii.

Acturus totius orbis molem oipotẽs deus suam permaxime potestatẽ atque uirtutem mortalibus uniuersis ratione utentibus patefacere est nixus: quo ex rerum disiunctarum atque repugnantium coniunctione ingenti admiratione obstupescerent: maiestatemq; dei summi blasphemiis atque uenefícis uerbis conuiciari perhorrescerẽt: nec nõ posse deum dicant qui suo iussu elementa in corpore ligat. Creator omnium & conseruator deus uolens esse hominum genus: ante ꝙ humani generis semina iacta fuissent: angelos produxit: atque his præfecit: per quos recte regerentur. Nec nos moueat uel terreat nomẽ promiscue bonis & improbis positum. Quoniã iuxta usurpatam pœnes græcos consuetudinem: qui tam sanctos q̃ polutos atque infectos demones appellant: sic nos angelorum nomen non terreat cũ angeli partim dei sunt ministri: qui ita sunt: Sancti uocantur partim aduersæ potestatis satellites. Rursus cœlorum globos fulgentibus stellis insignitos produxit. Elementa quoque ut rerum semina essent: quorum officium non erat ex ipsis generatis natiuisque eternitatem dare: sed cum fluxa lubricaque sint temporariam ex successione naturam non perhemnem: non iugem: & integram impartiri potuerunt. Ex quibus omnia quæ facta sunt ortum habent. Hominem uero ut animantibus uniuersis ꝑesset obsequæreturq; arbitriũ summorũ spirituum ĩ mediũ iure quodã locauit

ut esset qui primi generis differentias admodum pugnantes: nec in unum coeuntes: pace concilliaret. Diuidunt quidem philosophi ipsi genus substantiæ p corporeum & incorporeum: quorum tanta est repugnãtia atque contrarietas ut in nullis rebus præter hominem simul habitare possint: Accedant lapides: argillis sicca terra: amnes: fontes: lacus: stagna: Corporea quidem sunt & ex solis rerum seminariis facta. Accedant herbe: Arbusta: Equi: Boues: canes: corpora sũt: Quæ enim secari possunt corpulentam præse ferunt naturam. Quis enim non prospiciat diu carnium frustra animalium: post sectionem agitari: Anguillæ: murenę: diuisę in ptes ad tempus uiuunt. pleraque animalia capite secto: quod est mirabile creditu: uiuunt per tempusculum: & agunt solita: tanq̃ nullo damno allato corporis uniuersati: ut apes item fuci qui capitibus abscisis ad monumentum licet uiuunt: & uolant aculeisque se secundum naturam suam defendunt. Cocodrillos ẽt auulsis cordibus aliq̃diu uiuere constat & resistere aduersus uiolentiam: hoc etiã in testudinibus obseruatum marinis & terrestribus captis: hoc & lumbrici & serpentes: spectaculum insigne præstant. Angeli etiam ita spiritualem gerunt substãtiã: ut illorũ extremorũ iclusionẽ a se penitus abigãt: nec pl'oni apuleio: Nec calcidio credẽdũ arbitror: quibus uisũ ẽ: ꝓpterea a uisu nostro cæterisq; sensibus eẽ remotos: qa eorũ corpora: neq; tm̃ ignis habẽt ut sint ꝓspicua: neq; tm̃ terrę: ut sollidítas eorum tactu renitatur: Totaque eorum compago ex etheris serenitate & aeris liquore connexa indissolubilẽ coagmentauit superficiem. Solus homo est imensę potestatis similitudo. In ipso q̃ppe cõtraria hæc cõnectuntur: ut sit spiritualis & corporalis: mortalis & eternus: simplex & cõpositus: intellectiuus & eo carẽs. Nec aliter fieri decuit: ut uniuersi ordo perficeretur: quod enim spirituale: incorporeũ imortale ẽ. Angelus merito appellat'. Rursus qd omio mortale: corpeũ: tẽporale itellectiuũ est brutũ aial dicitur. Oportet igitur si extremæ generis differentię uniri habeant q̃ efficeretur unum: quod fm aliquid sui esset mortale temporarium corporale: & fm aliquid sui imortale spirituale & eternum. Tale est hõ. Corpora & enim nostra ex quatuor materiis esse composita in promptu est. Est enim quoddam i his contiguum quod tactui resistit. idque sine terrena solidítate nõ ẽ. Est etiam calidum aliud idemque uisibile porro quæ talia sunt sine igne esse non potest. est præterea plenum spiritus: ut sunt hee uenę quæ arterię nuncupantur. est etiam humor: ut sanguis & cætera: quæ manant ex corpore. Sed neque humor sine aqua: neq; spiritus sine aere cõsistet unq̃. est igitur i corporibus nostris aquæ portio & item aeris: nec non ignis & terræ: quæ omnia oculta quadam uirtute iũcta ac concatenata humani corporis edifficationem efficiunt. Has porro inuisibiles coniunctiones gomphos appellat plato: uel minorum corpusculorum coaceruactionem: ut heliodorus uel eorundem similium in terræ conglabatione formabilem: ut Anaxagoras uel supradictorum multiformem implicationem: ut theocritus & leucippus: uel interdum concretionem: interdum discretionem: ut empedocles: concretionem quidem Amicitiam. discretionem inimicitiam appellans. Talibus sic seminariis humano corpore constituto: atque salubriter dispo sito: ut diuinæ litteræ concinunt: tamen præsertim in libro de genitura mundi: dicunt corpori quidem a deo datam esse animam ex inspiratione cælesti: quam rationẽ & animã ratiõabilem appellant. mutis uero & agrestibus ex iniciis me: ut

Empedocles

phia consentit. Igitur cuius origo e terra est ipsum mortale atque dissolubile est Quod uero e cœlo est eternum atq; imortale ē necessum. quod lucrecius Virgilius & cuncta achademia illustrauit adoreis elogiis. Cum itaque corpus ex molli luto formatum fuisse constet. a quo tabes & olentium sanies scaturiunt quorum fetor tantus est: ut nec aromatū luxuria usquequaque a putrefactione præseruet: Testis est regū atq; ipatorū horrida exenteratio: Testis est mortuorum sepulchrū i quo nil nisi cineres uermiūq; scaturigies comperies. Aius uero quia de cœlo est relicto corpis domicilio: nittit' ad naturā silem sibi euolare. Vnde ne uidear propriis fulcris insedisse gregoriū i teste uoco. Nam is inquit: homo sic ē imedio creatus: ut eēt inferior angelo: & superior iumēto: ita habet aliquid per qd' necesse est cōuenire cum infimo: ita & per quod cum maximo. immortalitatem spiritus cū angelo: Corporis uero mortalitatem cum iumento commune habet.

Virgilius

Gregorius

Quod silue aut hylen incorruptio est satis firmum argumentum ad ostendendum animorum immortalitatem. Capi. x.

Elebratum semp atq; tritū apd phos oēs extitit elogiū ad qd tuendū non infitior ipsos mortē oppetisse. Id aūt ē quicq; fieri ex nihilo: nec i nihilū iterrire. licet eni cuncta corpora (omitto cœlū) casu i aliquo diffluāt: semp tñ materia ē remanetq; post rerū omisariam resolōnē: ita ut ad ipsam ueluti ad cardinē quēdā sistat: ulteriorq; progressus omio nesciat': quā diuiæ lræ creatā fuisse cōmemorāt: Testes sūt hebrey: quorū sapiētissimus Moyses: nō hūana facūdia sed diuia ispiratioe uegetatius in eo libro qui ē de gēitura mūdi ab exordio sic ē præfatus. In principio creauit deus cœlū & terrā. Terra āt erat ianis & uacua uel iuxta iterptationē. lxx. perudētū: Inicio fecit deus cœlū & terrā. Terra aūt erat ianis & nihil: uel ut Symachus Ab exordio cōdidit deus cœlū & terrā: porro fuit occiosū qd' cōfusū & iordinatū. Sed origenes asseuerat ita sibi ab hebreis eē psuasū. Terra aūt erat stupida quadā amiratione.

Hebrei
Moyses

Symachus
Origenes
Alii

Alii nō ita sed longe sanctius & uerius rati sunt dicentes. Scientē pphetiā duas esse species rerū oium: alteram itelligibilem: Alteram sensibilē eas uirtutes quæ utrāq; naturā circūplexe contineat: cœlū & terrā cōgnominasse: Cœlū qdē incorpoream naturā: terra uero eam substātiam quā qdā ex græcis hylen appellāt. Aristotiles siluā nos iformem materiā uocamus. adstipulantur his quæ sequuntur. Terra aūt erat informis & inuisibilis: hæc est silua: uetus mundi substātia: dei opificis effecta. Sed quid phi de hac re sentiāt: quidue affirmēt aperiendū ē. Prætermitto democriti & epicuri leuitatem pœnes quos nihil est quod non atthomorū turba conficiat. Diodorus & nonnulli stoyci tam cetum q̄ segregationem (fortuitu concursu) statuunt. Alii: ut Anaxagoras achaho genituram mundi incipiunt: Quos emulatus ingeniosus poeta in principio sui maioris describit dicens. Ante mare & terras: & quod tegit omnia cœlum. Vnus erat toto nature uultus in orbe. Quē dixere cahos rudis idigestaq; moles: Nec quicq; nisi pōdus inhers: cōgestaq; eodē. Nō bñ iunctarū discordia semia rerū. Nullus adhuc tytan: pbebat lumia mūdo: Nec noua crescēdo: repabat cornua phebe. Et sic deiceps. hāc ut poete figūt tā spetiosā certa forma carētē effigiē: sociā atq; coeterna: fuisse. Demogorgoni: quē oium deorum gentiliū parētē & alumnū finxit Antiqtas: ut si i mētē ei9 aliquādo uenisset: nouas creaturas producere: illi non deesset materia: Qui uero

Democriti
Epicurus
Diodorus
Stoici
Anaxagoras poeta
Ouidius

ſilue cõſtitutionẽ ꝓnuntiauerũt cẽſẽt eã unã quãdã ab exordio uſq; ad finẽ conti
nuatiõe porrectã: Nec tñ oẽs eodẽ mõ ſenxere. Aliter enĩ pythagoras: & item alio
modo plo. Diuerſoq; Ariſtotiles mõ: ſed hi oẽs iformẽ eã: & ſine ulla qualitate cõ pythagoras
ſtituũt. Alii formã dedere: ut thales: quẽ ferũt ante oẽs naturalia eẽ ſecreta rimatũ
cũ iiciũ rerũ aquã eẽ dicat. Opinor ideo q; omnem uictũ quo utũt aiantia pœnę
oia humectũ uideret. inq; eadẽ ſentẽtia homerũ eẽ iuenitur cũ occeanũ & thetim
dicat pẽtes eẽ gẽiture. Anaximenes aera idicãs iiciũ rerũ: iiciũ quoq; corpũ cæte
rorũ & ipſius aquę: Cõſentit heraclito caput rerũ ignẽ putanti. ſũt tñ qdã qui imo Anaxime-
bilem fore defendant: & eadem ex omnibus in unam molem redactam eſſe cen- nes
ſentes: immobile: ſine ortu & ſine interitu: ut xenophanes: meliſſus parmeni-
des: quorum alterum perfectum & definitum. Meliſſus infinitum & indeter
minatũ ꝓnũtiat. empedocles uarium & multiformę quoddã ſiluã ſeu materiã do
cet: quattuor diuerſis ſuſtẽtatũ radicibus: ignis: aquę: aeris: terrę: atque ex his fie
ri corporũ amicitia cõcretionẽ: mõ lite diſcretionẽ. Alii uero ei detrahũt qualita
tes iformẽq; cõſtituũt: & ſine cõſortio corporũ ſola ꝑſemet ipſam mente intuẽtur
Ariſtotiles lõge oibus: tria rei corporee initia cõſtituit. Materiã: ſpeciem: carẽtiã:
eaq; ſingula: ſine duum reſiduorũ cõnexiõe conſiderat: licet profiteat q; altera ſiñ
alteris eſſe non poſſit. Quam Auguſtinus aliis uerbis cõmemorat dicẽs: dñe duo
feciſti: unum ꝓpe te & aliud ꝓpe nihil: intelligẽs p ꝓpe nihil materiam primam:
quã purã potentiam omnes ingenui phi appellãt. Nã cũ primũ ens aut deus glo-
rioſus ſic actus puriſſimus: omnẽ patibilem naturam a ſe abiciẽs: quęcũq; adhuc
propius accedunt: longe ſunt perfectiora atque ſimplitiora. Quoniam igitur in
rebus creatis ordo compitur: qui ex tribus fere gradibus infimo: medio: ſũmo: cõ
ſtare oportet. Illa puriora cenſenda ſunt: quæ ultimo fini ſũt magis proxima. Spi-
ritus quippe ſeraphici: non ob aliud angelis: Archangelis thronis præſtare dicun
tur: niſi quia hi de proximo: illi uero de longinquo diuinę maieſtati aſſiſtũt. Cla
ret etiam naturali exemplo. Iacta humanitatis ſeminaria: mox non edificatur cor
poris moles: ſed primo aliquãto temporis curriculo ſeminis figuram: deinde prio
ri abiecta ſanguinis: poſt embrionis ſuſcipiunt. Poſtremo facta corporis proxi
ma diſpoſitione: rationalis anima a deo creata infunditur: ut ſit quæ uiuificet: Ve
getet agitet atque regat inhers corporis pondus. Item legitur frumentum conter
ritur: malorum uiolentia excutitur farina: panis conficitur: in nutrimentum con
uertitur: uel ut adoleat: uel paſcat corpus: item ex filice toſta remanẽt cineres: ex
quibus fit uitrum humanis uſibus percomodum. Redeo igitur unde effluxa eſt
oratio. Quecumque igitur ſuo fini uiciniorem coniunctionem atque coheren-
tiam habent tanto nobiliora perfectioraque ſunt optimo iure appellanda. formę
itaque illę illuſtriores ſunt quæ abhis fragilibus terreſtribuſque rebus abſtractio-
res eſiſtunt. Pariter fit in genere materiæ: nam ipſa eſt pura patibilis natura omni
um formarum pulchtitudine atque decore orba. ob id ab omni perfectione ua-
cat. Quæcumque igitur primæ imperfectioni hoc eſt primæ materiæ ſũt uicinio
ra tanto imperfectiora ſunt. Res in propatulo eſt corpus quidẽ uegetans ſentiẽs
atq; itelligẽs magni ẽ: amiſſa caſu aliquo aia iã illud corpus tãtis honoribus atque
gloria cultuq; ꝑditũ: olet putreſcit. ex eo uermiũ ſcaturigines emanãt: carnẽ tabẽ
q; corrodentiũ: i cinerẽ quoq; reuertũt: deide i materiã primordialẽ reſoluuutur:

Aristotiles plo

quā primā i cōstitutiōe: finē i resolone: Aristotiles: itē & plo: & fere oēs statuūt. Igitur ut ex plibatis illationē iferā: sicut i genere materierū & corruptibiliū damus materiā fluibilem & generatam: quā secūdā uocant phi. Rursus eodē genere primā materiā oio ingenerabilē atq; icorruptibilē oium radicem atq; fundamētū: sic & i genere formarū: aliquas assignabimus formas: & generabiles: & obnoxias: ut plātarū: grassibiliūq; pœne oium: Consequens est: ut una præcipuū uitæ gradum cōtinētem assignemus: ob cuius singularitatem atq; uaturæ indiuisibilitatem. Constet ipsam imortalem fore. hanc forte aiam quā immortalē dicimus. Platonici non astruerent quippe qui cœlum atq; mundum: aial beatum atq; sempiternū dicunt. cuius aia nostri consilium tutelam prebet: ut diuinis humanisque obsequatur institutis. Deinde ait delegisse animas stellarum numero pares: singulasque singulis comparasse: easdem uehiculis competentibus superimpositas uniuerse rei naturā spectar iussisse: anteq; seniētē faceret aiarū supiposuit stellis singulas singulis aias hisdē uehiculis use: in circuitu stellarū cunctam mundi naturam considerarēt. Illud adiciens q; sine diuinitatis aminiculo: ipsa pse anima: nihil ualeat spectare atq; intelligere. Quod si res ita sese haberet: uti delirando somniauerat: oportunum fuisset illis assignare & pedes & crura quibus meare possent. Sed cum hæc a uera phia plurimum sint aliena: opere præcium erit ipsis reliquere hoc negocium. Restat ut anima illa: cuius opatio ē intelligere: quod uitæ præcipuus gradus est: sit omnino eterna atque immortalis. Ex eodem fōte alia emanat argumentatio. sicut enim hylen: aut silua omnes corporeas atque materiales formas: absque ulla sui uiolatione: atq; corruptiōe: ob sui simplicitatem: quā nec agens naturale corruptiuum attingere ualet: suscipit: Sic itellectus possibilis omnes intelligibles formas: quibus in bene eē perficitur & nō corrūpitur: quia sicut in esse mediantibus naturæ muneribus: nō exiit. ita nec eius emulatio animæ officit: nec etiam destruit. Si igitur quod est minimum subterfugit interritum: Effugiet profecto quod est diuinum: cuiusmodi est anima rationalis.

Quod sicut contrarietas est coruptiua naturarum materialium sic sequestratio aiæ rationalis ab omni cōtrarietate ppria arguit aiæ imortalitatem. Cap. xi.

Vi de reb9 naturalib9 loq ac diffinir modulate adorti sūt: post quotidianas atq; lucubratas uigilias: i quib9 eorū desudauit igēiū: ex cōtrariis: aut mediis oriri oia: atq; i ea resolui: Satis iugi meditatiōe cōpierūt. Musicus quippe geometria carēs nō fit ex geometria geometricus: sed ex priuatiōe geometriæ: Itē ex idocto doctus: Ex egro sanus: ita quoq; qd iteriit isuū cōtrariū: aut mediū iterrir optet: ut si albū corrūpit: i nigrū aut croceū corūpi ē neccesse. Ita tenet: ita sēp docuit Ari. Cōueniam9 igit epicurū uel Aristipū: quorū uita i extricabilib9 uoluptatibus ē cōstituta: & nobis paulisp loqntes fingamus: putrescit ne aia epicurre: aut moriēte corpe dissipat ex tiguit iteriit si hęc dicis (ut tibi mos ē) qramus abste modū. oē eqdē qd corūpitur aut euāescit (oi phia clamāte): aut fit p disiūctionē formę a sua mā: ut a corpe aia: aut collectarū ptiū sepationē: ut pietū a rudimētis & lacūaria a fastigiis: aut p subiecti dsitiōē: ut piete collisō: aut ualitudie bōa amissa gust9 appetitio isuauis efficit aut postrēo p ifluētię cāę subtractionē: ut solis radio: tā diu qppe ē: p qto sol eū generādo cōfuat: ab eodē qppe pūcto dscedēte sole quē sūma moderatōe ac tēpatiōe

Epicurus

continue agitari constat: Radius eius fluit & multo uelocius unda. quo fit: ut eũ non nisi p temporis instans durare putauerit: qui de rebus naturalibus opam impenderũt. Hi sunt fere oẽs modi quibus aliquid interrire aut desinere eẽ pōt. Igitur sectionis membra singula rimanda sũt: ut ipsis tanq̃ indignis emedio euulsis pateat aiam idestructibilẽ esse. Iam exploratũ est aiam nõ esse corpulẽtam atq; solidam substãtiã: cum prospectui nostro minime se obiciat: sed simplicem omnino: omni particioni renitentem: Solę igitur naturales formæ extinguibiles sunt quoniam uti materia: siue fundamentum cui inituntur: quod magnitudine extenditur sicut ipsę formę porrectę sunt. Nec obstat si quispiam diceret itellectus rationalis ab intelligibili illustratur atque perficitur: intelligere aũt (teste Aristotile) quoddam pati est: Nihil aũt ẽ patibile: nihil uel materia: uel ex ea confectum. Cui uehementer obuiandum puto. Pati quidem ambiguam significationem dicit & receptionem absque ulla repugnantia aut coruptione: & sic non incongruit aiam patibilẽ esse. Aliomõ pati est receptio cum abiectione cotrariæ qualitatis: ut si ex aere ignis generetur necesse est i materia aeris aboleri: atque omnino corrũpi humiditatem quæ siccitati ignis aduersatur: alioquin in aeris materia: ignis formanũq̃ iprimeretur. Itẽ quæcũq; sicut desinũt p cõtrarietatis repugnãtiã: sic suũ esse pdũt. Animæ aũt nihil ẽ cõtrariũ: qa substãtia (Teste Aristotile) si eni uirtuti itellectiuę aliquid repugnaret: porro nec eius intuitionẽ: aut similitudinem esset susceptiua. Instar formarũ uisibiliũ: uirtuti uisiuæ minime repugnãtiũ: si enim formę suis rudimentis opponerentur: colligatum oẽ depiret: Nec per pũctũ consisteret: Declaratũ aũt ẽ in phisicis q; duo rerũ inicia: ex quibus oẽ cõpositum pseuerat nõ sũt sibi ipsis repugnãtia. Nec per partium dissolutionem. Quæ enim sic disiunguntur dissipant: ut domus non uideat: magnitudinibus sunt extensa. tigna enim uel laquearia sũt sexquipedalia: aut longiora: aut breuiora: aut altiora: aut humiliora: ut materia edificiorum exposcit. Anima uero rationalis. uirtute quippe magna est: mole uero nequaq̃. Nec subiecti desinitione: ueluti si paries uariis pictus & adoreis triumphalibus insignitus solo: uel studio uel casu equetur: opus erit & omnes picturas una cũ eo uiolari. Corrumpit anima plantarum mutorumque animantium: sed sola rationalis ab hac innoxia est. Nec absentia influentiæ si eni ita esset. dissolueretur omne colligatum: sed sicut omnibus unicum solis lumen impartitur: & aerem quo spiramus ita liberalitatis suæ munus non subtrahit: sed habondantius & moratis & improbis largitur. Si igitur nullo istorum modorũ anima corruptibilis est: & in gymnasiis philosophorũ cũ alius non inueniatur modus: quo res in nihilum redigi possit te inuicto atque repugnãte necesse est: ut ueritatẽ confiteare. Te iugulaui Epicure & mutire te feci: & qa pallẽtẽ labiis te itueor ruboreq; pfusũ: te exanimẽ effecisse gaudeo & mirifice lector. qd inusitas. aliud ne i mẽte uersat tua: cur i lucẽ nõ pdis mime gẽtiũ. Tũ ille i archãis uestrarũ scripturarũ: qd huic argumẽtatiõi (ut eneruẽ) dicã offẽdi. Paulus quippe religiõis christiãę accerrimus ppugnator dicit. de deo loquẽs. Solus ipse inquit habet imortalitatẽ. Solitudo eni omnẽ aliã ab hac pticipatione mirabili abigit naturã. Angeli animæ mortales huius testimonio erũt: Quamẽtis insaia: Quaue petulãtia id audetis rebus terrẽis: fragilibusq; ascribere: qd deo ppriũ ẽ. Si solus imortalitatẽ hẽt: ut qd aię datis. falso ne igit uulg9 de uobis qrit

pati ambiguã significationẽ dicit.

paulus

cui cuptis uoluptatibus frui interdicitis. Tũ ego. Vtinam in re ueluti ĩ simulacro pugnę esses: Docerem deũ sũmũ rerum antistem censoremque mundi immortalem. & suo ingenti beneficio: animas hoĩum eodẽ gaudere priuilegio longe tñ secus. Vtique deus natura. essentia ĩpartibilitate est immortalis: hoĩes uero nõ natura sed grã: Nõ essentia sed munere: non ĩtegritate sed diuinę benignitatis ptici patiõe. habuisti quid Epicure ultro ĩ medium adduceres: ut nos tua dicacitate ꝑtereres. Accepisti dissolutionem: qua tuas effugimus pedicas.

Q uod sicut ex rerum uetustate sensim ad interitũ propare non nulla auspicamur ita ualitudine in etate senio iam fracta immortalitatem animarum portendimus. Cap. xii.

Saturni fabula

On insuauis apud ueteres fabella fuit: nec prorsus allegoria carens: quæ non solum gretiã: sed cũctum latiũ oppleuit. Saturnum finxere poetæ: opẽ sororẽ suam sacro cõnubio uixisse: eiq; ex ea plures susceptos filios ascripsisse: ipsosq; omnes deuorasse: & euestigio euomisse. Nec putãdũ ẽ hoiem ea tempestate omni cultu præditũ: qui latinis modũ colẽdi agros: ãte cũ ignotũ docuit: quẽ ĩ deorum numero ob suarũ uirtutum incredibilium præstantiam (oĩum cõsensu) relatũ ubi ius gentium cõstat: tanta iefferata barbarorum ĩmanitate feruisse: ut teneras atque ĩnocẽtes aĩas ea etate: quæ maxime est parentibus dulcior: sine ullo respectu pietatis: extingueret: ĩmanitatẽq; oĩum bestiarum quæ fetus suos amãt: feritate superarit. Sed de testa nucleũ extrahamus. Saturnũ ut ait Cicero: eũ esse uoluerũt: qui cursũ & cõuersionẽ spatiorũ ac temporũ cõtineret: Idcirco Saturnus est appellatus q; annis saturetur: Ex se eni natos comedere fingitur solitũ: quia cõsumit etas tẽporũ spacia ãnisq; ꝑteritis ĩsaturabiliter expletur. Natos ex se filios deuorat qm̃ fructus e terra generatos: uictus: necessitate cõsumũt: & iterũ noua estate sata legũtur: ac de nuo seruntur: ut uiuentibus cũctis aliomoriam prestẽt: quo fit: ut iugi ac phẽni successione omnia aucta senescant hyemis in clementia mortua reuiuiscant: nouaque estate sic oriantur. ut tandem decidant atque putrescant. Q uot opulentissimę urbes: Q uot regna optimis sanctissimisque legibus constituta a stirpe interierunt. Babilonia asyriorum caput: Thebe. Athene. Romaque orbi imperium peperit: iacet prostrata. atque cõsumpta omnia conspiciuntur: ingentia urbium delubra atque sacrarum edium fastigia solo equata ut tantarũ rerũ uix supsint uestigia. Profanata atque incensa omnia: ut uastitate atque ruina oppleta sit terra. Vbi egiptiorũ piramides ĩmẽse: Vbi mausoli mõumẽtũ: Vbi pẽsiles orti: Vbi tẽplũ pacis ĩ eternũ. Vbi dyanę ephesie tẽplũ: Vbi ueneris edes: Vbi. M. scauri spectaculũ: Vbi aquarũ ductus. Extermiata sunt oĩa & uetustate exesa. omnia igitur consumit etas: Vnde orator eximius. Nihil est opere manu factum quod nõ conficiat consumatque uetustas. Q uid loquar de hoĩbus huius seculi: quorũ sollicitudo maxime uersari solet instruendis opibus: aut ĩ cumulandis honoribus: aut auro uel argẽto fulgẽtes perolimotũ populũ incedere queant: quorum finis semp interitus. Vbi cresii opes: & darii diuitię. Vbi Salomõis gloria: Absolõis pulchritudo: Alexandri potentia: Cæsaris imperium: Neronis luxuria: Fragiliora omni uitro sunt hæc quæ uires atque mortalium opes appellantur: Affluunt subito: pniciter decidunt stabilibus radicibus nullibi ĩnixe sunt. omnia temporum uicissi

Vnde dicitur saturno

Orator eximius

Tps edax rerũ tuq; in uidiosa uetustas omia consumitis

tudini seruitura sunt ac cũ ipso peritura. Legimus ceruos: cornices fenicem longo satis tẽpore iofensa ualitudie uictitare: at horũ oium fere aiantiũ uita ꝑstãtior quodãmõ illis q̃ nobis cõcessa ẽ. Propter qd theofrastũ ultima ualitudine naturã accusasse ferunt ꝙ brutis: quorũ nihil interest diuturnã hoibus quorum maxie iterfuisset: exiguã breuẽq; uitã dedisset: cuius nõ est ocium sed negociũ hũanum genus prospicimus prostremo rapidissimo cursu semp ad iteritum meare: & lõge uelocius q̃ intrauerit. Multis temporũ curriculis obseruatũ est: atq; limpide comptũ sẽp septẽniũ: corporis ualitudini officere. Id circo apd medicos septimus dies suspectus hẽtur. Nõnulli eos potissimum quos terne ebdomadas cõficiũt: putãt obseruãdos: hoc ẽ unũ & uigesimũ & quadragesimũ secũdũ: deinde sexagesimũ tertiũ: postremũ octuagesimũ quartũ i quo stascas terminũ uitæ defixit. Alii aũt (nõ pauci) unũ oium difficillimũ clymatera prodidere ãnos uno de quinquagesimo: quẽ complẽt ãni septies septẽ. Plato dicit quadrato numero ãnorũ uitam hũanã cõsumari. s. nouenario qui cõplet ãnos octuogita & unũ. Fuerũt ẽt q̃ utrũ q; recipent: unũ de qnquagita: & octuagita unũ: & minorẽ nocturnis genesibus maiorẽ diurnis scriberẽt. Pleriq; aliter moti: duos istos numeros subtiliter discreuere dicẽtes: septẽnariũ maxie ad corpus ꝑtinere hic ẽ numerus: qui hoiem concipi: formari edi uiuere: ali ac ꝑ oẽs etatũ gradus tradi senecte: atq; oio cõstare facit: Semẽ eni post iactũ sui si intra horas septẽ nõ fiũt i emissiõe relapsũ: hesisse i uitã ꝑnũciat. Straton & diocles septẽnos dies cõcepti corporis fabricã: subtili obseruatiõe dispẽsat post septẽ menses dentes icipiũt mãdibiles emergẽt: & post bis septẽ mẽses sedet infans: sine casus timore post ter septẽ sonus eius i uerba prorumpit: Post quiquies septẽ icipit lac nutricis horrescere. post ãnos septẽ: dẽtes qui primi emersérat: aliis aptioribus ad cibũ solidũ nascentibus cedunt. post ãnos bis septẽ: ipsa etatis neccessitate pubescit. Tũc eni agitari incipit uis generatiua i masculis. & seminarũ purgatio. Non nullarũ rerũ. p. hic mos fuit: ut post septies septem ad militiã nemo cogeretur. In pluribus ẽt hoc ãno remissio iusta dabatur. Septẽ sũt mẽbra ad accipiẽdũ: reddẽdũ spiritũ & cibũ deputata. Gut. Sthomachus: aluus: uessica: & tria principalia itestina. Septẽ quoq; sunt mũdi etates: pari numero: & hois. Totidẽq; sunt gradus i corpore: qui dimẽsionẽ altitudinis ab imo i supficiẽ complẽt. Medulla: os: Neruus: uena. Arteria: caro: cutis: multa prætereo celeritatis studio. Nouenariũ uero ad aium ꝑtinere dixerunt. hũc mediciæ corporis: & apolini atributum illum musisq; morbos animi: quos appellãt pathe: musica lenire ac sanare cõsueuerũt. Itaq; primũ clymectera: ãnũ quadragesimũ nonũ: ultimũ aũt octuagesimũ & unum: Mediũ uero ex utroq; ꝑmixtũ ãno tercio & sexagesimo prodidere: hic infelicissimus annus: Aristotilẽ stagiritẽ absunsit: quæ euasisse apud. C. nepotẽ suũ. D. Augustus apprime est delectatus. Plato: ut paulo ante cõmemoratum extitit: ãnũ octuagesimũ & unum finem uitæ legimum existimauit & habuit. Hoc anno Dionisius heracleotes: ut uitam abiret cibo abstinuit. Et cõtra Dyogenes cinicus cibi cruditate: i celeram solutus est: erathostenes quoque ille orbis terrarum mensor: & xenocrates platonicus: Veteris achademię priceps ad eundem annum uixere: non pauci & per animi spiritum molestiis corporis superatis limitem istum trangressi sũt: ut carneades a quo tertia achademia est: uel cleantes qui ad annum nonagesimum uno minus centum expleuit. At xenopha

Theophrastus

Cur dies septimus medicis suspectus est

Alii Plato

Ani clima terici

Nota de nũero septẽnario

Aristotiles stagirites. Augustus

Xenophanes Democritus abderites

nes Colophonius maior uno annorum centum fuit. Democritum quoque abderitem & Isocratem rhetorem fere prope ad id tempus peruenisse: quo gorgiã leontinum quem omnium ueterum maxime senem fuisse: & octo supra centum ãnos habuisse constat. & si alcius recẽsere cuperẽ offerent se ultro nro prospectui primi parentes: quorum etas maior atque longe prolixior fuit. Adam nongetos & triginta annos natus: mortem obiit. Nongentos & .xii. Seth. & mortuus est. Quid opus est uerbis. Nam & si uita nostra per mille annos protenderetur: Donarẽtur que nobis matusalem tempora: Quale hoc diu queso est quod sensim fine deleẽ: Igitur ut ad institutum redeam. Quæcumq; etate cõficiuntur: senescũt atque postremo putrescunt: illa ut demostratum est: sunt mortalia atque corruptibilia q̃ uero longeua duratione atque temporaria permanentia uigorant̃ atque conualescunt: ediuerso immortalia sũt. Cæterum cũ omnes pœne uirtutes corporis i senibus mutentur: & ne sermonem longius traham: & fracto corpore minora fiãt: & sola sapientia crescente decrescant: Cunctaque per corpus exercentur: Cõsequẽs est: ut ipsum animum mille bonis artibus opletum imortalem ꝓsiteamur. Si fidem expetis audi hyeronimum docentem. Senectus eorum qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerãt. Et i lege domini meditati sunt die ac nocte etate fit doctior: usu tristior: processu temporis sapiẽtior: & ueterum studiorum dulcissimos fructus metit. Legimus simonidem poetam octuagesimo anno Carmina docuisse atque i certamine se respondisse glorianté. Sophocles item cum ꝓpter nimiam senectutem & rei familiaris negligẽtiam a filiis amencię accusaretur Eclippi fabulam: quam iam in fracta etate ediderat: iudicibus recitauit. & tãtis sapientię specimen dedit: ut seueritatem tribunalium in thesauri amorem uerteret. Taceo pythagoram: Democritum: Xenocratem: Zenonem: Homerum: Hesiodum: Thesicorũ: Menandrum: qui grandes natu: cigneum nescio quid: & solito dulcius uicia morte cecinerunt. Certe reffert Homerus q̃ de ligua Nestoris iam uetuli & pœne decrepiti: dulcior melle oratio fluxerit. Floret illa etas sapientia: prudentia: consilio: modestia: temperatione. Et si quispiam res gestas priscorum recensere uolet: Maximas Resp. ab adolescentibus labefactatas: a senibus sustẽtatas: atque obsoletas recensioribus institutis reperatas comperiet. Apud lacedemonos ii quidem qui amplissimũ magistratum gesserunt: Senes appellati sunt. Sic quirites summum eorum consilium senatum a senibus appellarunt. Corpora uero ad iteritum ꝓperare. Quis ambigit: nisi qui forte sensu caret. Senum oculi caligant: Auris grauiter audit: cirri fluunt: Fluunt & ungues: facies in pallorem mutatur: dentes lapsi minuuntur: Cutis arescit: pallearia pendent: anima insuauiter olet: pectus suffocatur: genua trepidant. Talos & pedes tumor inflat: & hæc omnia iãque ruituram domum corporis de proximo nunciant. Animus uero q̃to diuturnior tanto uegetatior. Temistocles sic esse suo exemplo ostendit qui cũ centum & septem annos etatis suæ expleuisset: & ex hac uita se migrare conspiceret. Dixisse ferunt: se dolere: q̃ tũc euita egrederetur: quando sapere cepisset: Nõ minori studio sciendi flagrauit Solon athenienſium diuinis potiusq̃ humanis legibus institutor: suppremo uitæ die. Nam assidentibus amicis & quadam de re sermonem inter se conferentibus fatigatum & pressum caput erexit. Interogatus ab amicis circunstantibus: quapropter id fecisset. Respondisse tradunt: ut cum

Themistocles Solon

istud quicquid est de quo disputatis percepero: letus ex hac luce migrabo. Ex his claret non diutina duratione animum deprimi: sed magis ac magis in acquisitione sapientiæ accendi atque uigorari. Quod minime esset: si hũanus animus morti & corruptioni atque langori esset obnoxius.

Quod excellentia sensibilis sensus armoniam corrumpens: & excessus intelligibilis intellectum roborans: Arguit animæ immortalitatem. Cap. xiii.

I non solum aiantiũ naturas cũ uarias: tũ multiplices: sed cunctorũ inanimantium acri indagine rimari uoluerimus: nihil in tota rerum natura comperietur: quod non gaudeat armonia & cantu. Et forte si illorum rationes quisppiam equitatis amator quadraret: quibus obnixe astruere moliuntur: ex numeris musicis: ueluti ex rerũ iniciis omnia fabricata fuisse: non inficior eos usque quaque non delirasse. Quæ enim res tam sublimis: tanq; solida: quæ si mediocriter pensetur: ex numeris armonicis constare non pateat. Pythagoreum dogma ratione armonica constare mũdum censuit: celestiaq; distantia congruis & cõsonis sibi inuicem iteruallis impetu nimio & uelocitate raptatis suauissimos edere cantus. Singulas ẽt sirenas singulis sistere circulis ratus est: quas rotatas cum circulis: unam ciere mellifluã cantilenam quoniam scissus aer tam artifici motu & accuta cum grauibus temperato: ita uarios equabiliter concentus efficiat: ut omnem supergradiatur musici carminis suauitatem. Mercurium: ut ferũt cum cœlum ascendere uellet: primitus transeuntem per ea quæ motu planetarum ad organicum modũ personabat a se inuente lire similem miratum q; imago a se inuenti operis in cœlo quoque reperiebat. Plato quidem tãtum ausus est dicere: mundi uniuersitate perfecta: quã in mirabili decore & mensura constare certissimum est. deum gaudio elatum fuisse: Quanta mẽsura cœlorum globi: ab oriente in occasum: & rursus ab occasu in orientem moueantur sileant linguæ quæso. Ad humiliora descendo nihil est diuino humanoque opere elaboratum quod primarum qualitatum saltem mensuram atque proportionem non præseferat. Quorum bellissime inanimantibus cũctis effulgeat: in quibus membra non unum eundemque actum habent: sed singulas exercent oprationes: ut sit mirabile uisu contueri lumina i arce capitis fixa & sibi & reliquis corporis artubus ducatum præstare. Quanta celeritate mirabili imperio uoluntatis absque ulla: aut rationis tarditate sensus omnes obsequãtur: ut instar simphoniæ omnis corporis compago instructa uideatur difficile est dictu. Maxime autem in cõsono quinque sensuum exercitio: ratio proportionis & mensurę constare uidetur. Sicut enim armonia gaudet temperatione neruorũ congrua: ac inter se equaliter disposita quã omnino dissolues: si a lcius neruos intenderis: aut relaxaueris (ut par est) res in propatulo habetur. Similiter in lyra: aut in phidibus: cum aliquid interceptum: aut relaxatum est: omnis canendi ratio turbatur. hoc omnes iudicant: nisi forte qui audiendi munere carere uidentur Ita in corpore humano: Cum pars aliqua mẽbrorum duxerit uitium destrui optet uniuersa coruptisque omnibus atque turbatis: occidere sensum: eamque mortem uocari. Verum profecto cum nihil sit in tanta rerum uarietate: quo tantum gaudeat animus noster: q̃tum armonia & numero. Probe. Aristoxenus musicus idemque philosophus dixit mentem omnino nullam: sed quia armoniam in phi

pythagoreum dogma

Plato.

Aristoxenus musicus

dibus & ex constructione corporis & compagibus uiscerũ: Vim oẽm sentiẽdi exi
Armonia. stere. Musici enim intẽsionẽ concẽtũq; neruorum integros modos sine ulla offen
sione consonã eã armoniã uocãt. Voluit igit animum simili ratiõe cõstare in ho
mine. quia contionis modulatio constat in phidibus. s. ut singularum corporis p
tium firma coniunctio membrorumque oium cõsentiẽs in unũ uigor: motũ illũ
sensibilẽ facit: aium cõtinet: sicut sunt nerui bene itenti ad conspirãtem sonũ. Id
circo pythagoras ex musicis muneris ueluti ex quibusdam seminariis animam cõ
stituit: quem emulatus plo: animæ naturã cõgruere numeris concinere ẽt modu
laminibus musice. Est porro pythagoricũ dogma similia nõ nisi a similibus suis
comprehendi propterea que penes eam oium rerum esse plenã sciam: simili suo si
militudinem habentia cõprahẽdentem. Atq; ipse etiam plato: hoc ipsum asserẽs
aiam ex omnibus iniciis conflauit: ut & ipsorum iniciorũ & quæ inicia sequunt
& prorsus oium rerum existentium scia esset ac de omnibus iudicaret. Denique
postq; cõmiscuit eã ex his uirtutibus: ex quibus componẽdam putauit: & compo
situm diuisit in partes: iuxta quasdam geometricas & archimetricas: & musicas ra
tiones: Exquo perspicuum est: Cum sint antiquissima inicia rerum essentia siue
substantia: & hæc duplex: altera indiuidua: diuidua altera: naturaque gemina: di
uersitas longe uetustissima: cõflatã aiam ex utraq; substantia eadẽq;: & itẽ diuersa
natura ex omibus originibus cõstare. Ideoq; naturã eius numerorũ naturę maxie
cõuẽire. hæc pfunctorie plo. Cũ igitur nũerorũ inicia & pricipia sint singularitas
& itẽ diuersitas: si qdẽ has duas cæterorũ nũerorũ origines esse constat. qua ratio
ne cõcluditur: aiam ex duplici cõcreatã substantia geminaq; natura nũerorũ potẽ
tiæ cõtinẽtem. Quo fit ut animus maxie ab his sonoris numeris oi modulatione
refertis cõmouetur. Solẽt eni hoies ppria negocia negligere: hoc suauissimo uo
Socrates cũ neruorũq; cõcentu deliniti. Hæc eni musica siue i uoce tm̃mõ sit: ut Socrates
ait: siue ut Aristoxenus in uoce & corporis motu: siue i his & pter ea i ai motu: ut
putat Theophrastus: pcul dubio multum obtinet diuinitatis. Nã nisi grata acce
ptaq; eẽt illi principi deo qui oẽm mũdũ sua moderatione regit atque tuetur: pro
fecto cantus & organa ad diuinas laudes celebrandas a sanctissimis uetustissimis
Dauit que patribus instituta fuissent minime. Legimus i diuinis scripturis dauit ãte ar
chã diuini federis: in cythera & choro preclare cecinisse. Et non solũ nostri: quib9
diuinus cultus semp cordi fuit: Sed gentiles supstitiõibus calentes: ita fieri opor
tere censuerunt. Fruoni: Ludi scenici placandorum deorum cã instituti a maiori
bus nostris fuissent nisi gratus neruorum uocũq; concentus: diis imortalibus ex
titisset: Frustra tybicen omnibus supplicationibus in sacris edibus adhiberetur.
Nõ ẽt tybicene triumphus ageretur marti: non appollini cithera: non cylenio ly
re: non musis tybie cæteraque eiusce generis essent attributa: non tubicinibus p
quos numina placantur esset permissum: aut ludos publice facere: aut uesci in ca
pitolio: aut patribus in museculis. i. idibus iuniis: quo uellent personatis tumulẽ
Epicurus tisque peruagari. hominum quoque mentes ipse (Et epicuro reclamante) diuinę
suam naturam per cantus agnoscunt. Denique quo facilius sufferant laborẽ uel
inanis metus depellatur a uectore simphõia adhibetur. Legionibus quoque in a
cie dimicantibus etiam metus mortis classico depellitur. Ob quam rem. Pytha
goras: ut animum sua semper diuinitate imbueret: prius q̃ se somno daret: & cum

eēt expgefactus: cythera ut ferūt cātare consueuerat: & asclepiades medicus frenticorum mentes morbo turbatas sepe p simphoniā suæ naturæ reddidit. Dauid quoq; cythera a saule demon pellebat: zerohilus aūt artis medicīæ professor uenarū pulsus: rithimis musicis ait moueri. Dorilaus scripsit mūdū eē organū dei: & ipsū musica ratiōe cōstare: septēq; stellas iter cœlū & terrā uagas: q̄ mortaliū generes moderāt: motū hre & iterualla musicis dyastematis cōgrua: sonitusque uarios reddere p sua quæq; altitudine ita cōcordes: ut dulcissimā quidē cōcināt melodiā: sed nobis īaudibile ppter uocis magnitudinē: quā cape auriū nrarū angustię nō possūt. Nēo eni ē tā ferus: tāq; agrestis: qui admodū nō cupiat cōcētu oblectari auditū. Propterea cū Temistocles in epulis recusasset lyrā: habitus est indoctior: greci id oēs discebāt: nec qui ea tēpestate nesciebat: satis excultus doctria putabat: ob id epaminūdas grecis phidibus preclare cecinisse tradūt. Socratē quoq; etate cōfectū eiusmodi artis disciplinā discere nō despauisse palā ē: quo nullo mētis cultu carere uideret. Tanti est deus īmortalis uocū neruorūq; cōsonātia: ut quæ sensu oio carēt ab equalitate armōicaq; proportiōe impulse uitalē spiritū sumpsisse uideāt. Testis eiuscerei ē oium mater expiētia Cytaredus q̄spiā siue thimoteus sit siue quicūq; uelit alius: cū neruos bene itēderit: & ad cōspirātē somnū cōperiēdū admodū modulauerit: ita ut nihil iterceptū relaxatūq; sit: sed oia examussim: quo maxie armonica tempatio auribus gratissima serpat: cytherā hāc sic bene cōstitutā siue lyrā ponat sup stratū: aut mēsas: & neruis stipulā supponat. Accedat orphe9: Cui9 i ludēdo tāta fuit dulcissima suauissimaq; melodia: ut cerberi īmāitate subacta pfpinā raptā sibi restituēdā īpetrauit: & lyrā aut cytherā īcōsonā ad debitā cōsistētiā arte & idustria reducere curet: Cū uētū fuerit ad perfectam uocū cōsonātiā & armoniā. Tāgat orpheus suā: aliā thimothei nemie tāgēte: paleā agitat: dictura si uoces exprimere posset me cōsanguineā: ac uerius germana: cur itactā reliquis. gestire quippe uidet: i alterius cōcētu. Hoc efficit cōueniētia: simile eni attrahit suū simile inquit pythagoras. Idem & plato. Quid de delphinis loquar: nonne capti suauitate cōcētus atque dulcissimo modulamie illecti: Arionē cytaredū insignē nautarū dolo circūuētum: inter furētes estus: ac reciprocantes undas: ueluti scapha nō fluctu ueheret: leui salo i littore saluū atque īcolumē: postea apud corinthū suæ pfectionis exitū exponere curarunt. Nec ab re tanta de cōsonātia pstrixi. Virtus igitur organica: uel elemētorū iniciis cōstituta: cum in quadā armonia & cōmēsuratiōe consistat: ab excellenti sensibili attenuatur & corrūpitur sicut obtutus ab superabundanti lucido: & auditus a fragoris magnitudine dissipatur. Idcirco dissipabilem atque mortalē substantiam habere neccessū est: Quæ uero sui magnitudine non debilitātur: sed uigorantur: non lapsantur: sed fortificantur. Non remittuntur sed intenduntur: sunt omnino īmortalia animus si quidem non horret: non abnuit ueritatis excessum: sed oblectatur quiescit: & miris afficitur gaudiis. Consequens est ipsum immortalem atque eternū esse (Nullus enim animo suauior cibus q̄ primę & summę ueritatis cognitio) in cuius aspectu acies luminum non torpet: sicut uisus uirtus armonica a solis luce usque adeo hebetatur: ut uix diem insuetum ferat. Hanc Aristotiles argumentationem pertractauit in libris quos de anima titulo inscripsit. Quam si quis prorei ueritate rationem quadraret luculentissime animorum immortalitatem habe

pythagoras

Asclepiades medicus

Thimotheus

Orpheus

Delphius suauitate concentus capi.

ret. Huic iuiolabili sniæ: quã fide teuerũt oẽs orbis status: ois itẽ resp. ois deiq; ui uendi modus: aduersari solet q; i diuis lris tritũ habet: si corpa beatorũ oi sole in celesti patria eẽ splẽdidiora: isthuc ipsũ christus discipulis in monte tabor ostẽdit cũ istar solis facies eius resplẽduisset. Q uã uidẽtes stupor & pnimia admiratõe cõ moti exanimes humi pcũdebãt quos ueluti quidã idulgẽtissim9 patersamilias: magna pietate erexit i pedes: ac iterdixit eis: ne quouis pacto pmerẽt: quæ pspe xerãt. Clarũ tñ ẽ ex gestis christi: quæ i archanis diuinarũ lrarũ cõtinẽtur: eos ab i credibili atq; corpis excellẽtissima luce lęsos nõ fuisse: nec eorũ oculos ab lucis i mẽsitate dissipatos: cuius oppositũ magno satis uerborũ apparatu docuit aristote lis ratio: quid aristotelis ratio: ymo oium rerũ genitrix natura. Facile ẽ itaq; no bis suscepto hoc negotio hos reuicere: quibus ueritas semp pcæteris amicior fuit Lux enĩ solis: uel ob ocultas quasdã atq; mirabiles opatiões: uel ob idefessã atque phemnẽ agitationẽ: caloris ẽ generatiua: Cuiusuis ẽ humores cõglutiatos dissol uere atq; penitus dissipare. Q uid mirũ igit' si pupilla & uisus acies ab excellẽti lu cido corrũpat': cũ enĩ cõtrariis bellũ iditũ sit: & qdẽ sic: ut sese & abigãt & mutuo corrũpãt. ñ lux ipsa solis: aut stellarũ obtutũ labefacit: sed calidítas ipius ex motu generata. Gẽmarũ ãt radiatio: nõ lędit oculos: nõ uiolat: nõ dissipat: sed magis in earũ pspectu uisus admodũ oblectantur. Igitur cũ unigẽitus dei filius a suis cul toribus pati & cruci affigendus esset: ne remissiores plus solito: ob casũ suæ uitæ eius discipuli redderentur: Statuit nõ expressam: sed adumbratã sui corporis glo riam ostentare: quibus si illudi uenenatis sputis: pollui: conuiciari probrum uide retur delibata i mõte tantis per alterius seculi felicitatis guttula in spem futurę re surectionis erigerentur. Non offendebat igitur mirabilis atque supercælestis illa lux uisus aciem: q; calore disoluente carebat: sed ingentem uoluptatem ministra bat: Idcirco non corrumpebatur oculorum armonica & consona equalitas: sed magis ac magis illiciebatur. Eiusce rei testis est petrus: qui tanto ardore ex hac lu cis immensitate succẽdebatur: tanto uidendi oblectandique flagrabat desiderio: ut cæteris tumulentus uideretur. Non tantum meri bibendique Bonoso impera tori fuit cure. In cuius laudem Aurelianus sępe dicebat. Non ut uiuat natus est Bonosus: sed ut bibat: quãtũ petro illa frui uoluptate cælesti. Idcirco sui status ob litus se nactum iri felicitatem absque mortis inclemẽtia ratus: Exclamans ueluti amens dixit: Domine bonum est nos hic esse. O præceps & importunus amor: ẽ enim estasim faciẽs (ut inquit dionisius) propterea falso gloriæ splendore petrus agitatus: ueram animorum beatitudinem in hoc tetro atque obscenitatum refer to seculo consistere putauit. Q uod q̃ a uero alienum sit: rerum uicissitudo atque deperitio liquido ostentat.

Petrus

Impatores Bonosus Aureliãus

## Q uod desiderum immortalitatis consequendæ humanis mentibus inditum est argumentium perpetuitatis animorum. Cap. xiiii.

Licet intellectus operationes a corpis mole seclusę ingenuis mentibus immortalitatem ostendant: sicut immersio defectibilitatem equum tamen censeo: hominum comunem appetitionem: quæ cuiusdam diuini oraculi in plerisq; rebus locum habet: in medium adducere: cuius tãta uis: ut frustra eẽ nõ possit. Sẽsit hoc Aristoteles. Sẽsit & Aueroys: Aristoteles Aueroys, Sensit & omnium phylosophantium dogma. Si enim deus & natura in paruis minimisq; rebus ociosum nihil relinquant: & solis intellectualibus naturis hæc immortalitatis cupiditas inserta sit quã uanam esse prohibet naturæ institutor. Consequẽs est animum immortalem esse. Hoc impulsu agitati summi illi phylosophi nulla cogente necessitate: aut uiolentia: dixerunt corpora aimantium fore q̃doq; peritura: Nam cum ex regionibus disiunctissimis loco & positiõe differentibus locatorũ uarias affectiões seu appetitiões arguam9: pariter ex reb9 diuersarũ substãtiarũ cõstitutionẽ faciẽtib9: ruinã atq; iteritũ significam9: humanum corpus ex leui igne aut crasso aere fabricatũ cõstat: quorũ cupiditas ẽ ĩ sublime ferri: ex aq̃ itẽ & terra: quorũ uoluptas ẽ deorsũ niti. Trahit igit quẽq; sua uoluptas: inqt poeta necessum ẽ sic ellaboratũ ac ad diuersa distractum aliquando interire. Poeta Hoc sane argumento usi sunt sacri doctores: ad sapientiam atque beatitudinem institutum hominem fuisse probandum: omnes equidem (natura cogente) beatitudinẽ expetere uident: quã consequi nemo mortalium posset nisi hũanis corporibus supestent animæ. Quod Augustinus docuit nimium carpens: qui populũ ro. proscripserat: cuius ridiculosa comẽta hæc fuerũt. Histrio quispiã facetissimus: cũ cereri: bacho atq; ueneri corpus suũ consecrasset: obligurissetq; oia (Sunt. n. plerunq; rerũ profusores: nihil autpensi: aut moderati habentes) grauaturq; ere alieno: quod dissoluere creditorũ uis urgelat: alioquin ĩ obscurũ carcerẽ detrudere curarent: quo ad usq; omne debitũ p̃soluisset: tẽporis dilationẽ propẽsius exposcit: uimq; oẽm in futurum suspẽdit. Fide creditoribus data: urbẽ proficiscit & sui ordinis atq; loci plurimos eo questu ubertime uictitãtes cõpercens: fortunã suã sibi aduersam cõ sociis ꝓdit: orat atq; istantius obsecrat: ne in tãto rerũ discrimie: atq; anxia calamitate icidere ꝑmittãt paulũq; sibi liceat uti igenio suo: excensu oppare cõuiuũ apud cauponẽ extruere: nihilq; uini ruffi appositurũ mensis: sed aut creticũ: aut lesbium: aut rhodium pollicit. Scurre atque lecatores insigni parasito cædunt: pariterque illi associati in forum egenum hystrionem nihil præter dentes famelicos habentem: ut fortunam denuo experiretur deducunt. Ad tantæ rei minorum nebulonumq; spectaculum studio properabat popls a rectis auribus astabat se quicquid clã in eorum pectoribus clausum erat: reclausurũ populo pollicetur. Mobili fama oium ora cõplentur: numẽ q̃dam sperant ab alto demissum. Tum ille assem parate & aurea uerba eternitati mandãda accipite. Omnes q̃ppe qui ĩ hac corona adestis: care uẽdere: uiliusq; emere flagratis: quẽ Augustinus insectator ostendẽs re ipsa mentitũ fuisse. Quot ea in expectatione erant q̃bus nulla: aut emendi aut uẽdendi cupiditas icesserat. Sed si romanis ipsis dixisset: omnes beatitudinẽ expectitis: uerũ procul enunciasset. Est enim in præcordiis complantatũ atque insertum hoc celeste munus immortalitatis: quod ad se ita mortalium mentes rapit: ut nemo uix sit: qui non certe plurimum diligat: immo amara aspera grauia quæque ferenda sunt: ut beatam uitam nanciscant. Hæc autem uita præsens & corporalis beata esse nõ ꝑt: q̃a malis ẽ subiecta per cor-

Augustius Histrionis facecia

Augustius

pus. Epicurus deum beatum ac incorruptũ uocat qa sempiternus: nec aliter quicquid existimari beatum pt: nisi qd est immortale. Sola inquit imortalitas: ut inquit Firmiãus beata ẽ: qa corrũpi ac dissolui non pot. Huius. n. uitæ appetitio tanti est: ut oia a deo creata (ratiocinabili uirtute) esse appetãt: Nõne aialia oia etiam irationabilia: qbus cogitandi atq; discernẽdi munus minime impẽsum ẽ: ab imensis draconibus: usq; ad minutissimos uermiculos: ab elephantũ pceritate ad usq; culices & lendies interitũ fugere cõtuemur: Agnus qui lupũ non nouit nõ ne quadã occulta uirtute inimiciter fugit: ut uitã tueatur suã quã a lupo cognoscit (natura docente) insidiatũ iri: Nõne arbusta omnesq; fructices: quibus nullus ẽ sensus ad uitãdã pnicie atq; euulsionẽ alicui terræ radices figunt. Nõne deorsum grauia atq; põderosa elemẽta: sursum leuia agitant: quibus in locis unũ qdq; eius naturã saluat atque tuet. Quid igit mirũ si homo semp uicturũ se speret: q̃do & hæc in becilliora lõge contra interitum renitent atque acerrime pugnẽt: ut fiant immortalia. Quis adeo excors ut ita rem sese habere non cogitet. Quorsum summi illi uiri diuiciis atque fortunis omnibus referti necessariorum atque dulcissimorum pignorum immaturam mortem equo animo tulisset: nisi eos ob uirtutũ insignia: aut immortales effectos: aut ad inclitas cœlicolarũ sedes cõmigrasse: & crederet & sperarẽt. Insedebat etenim priscorũ mẽtibus uetus elogiũ i oi euo celebratũ: quo quisq; mouet ut uirtutem colat: illã complectat q̃ sua mercede fraudari est oio impie: eius autẽ ẽ summũ bonum oibus ppositũ. Hac igitur spe: actus Socrates poculũ lætale ultro libauit. Et cato: ut meliores sedes sibi ipsi uẽdicaret ppriis manibus se uiolauit. Et si ueterũ auctoritate ad id tenendũ moueremur: multos claros principes opponerem: quorum uirtute: romanæ atq; extruere micant hystoriæ omitto decios: brutos: catones: Scipiones: Paulos: Marcellos: quorum non minor in morte: q̃ i bellis uirtus enituit. Nec tã facile aias piecissent: nisi se imortalitatẽ consequi putassent. Nõne hac fama futuræ beatitudinis agitatus Anaxagoras: filii obitum magnanime tulit: quo audito paulum se continuisse ferunt. Inde ad auditores conuersum dixisse. Nihil mihi inexpectatum. Sciebam enim ex me natum mortalem genuisse: oratio profecto digna phylosopho: eaque animi magnitudie quã ex rerum cõtemplatione est consecutus. Non enim summum bonum in diuitiis: non in imperio: ut cæsar: Non in honoribus: non in pulchritudine: aut corporis robore: nõ denique in obscenis uoluptatibus: sed in animi probitate nulla perturbati molestia rationis contemplatione ponebat: quibus rebus facilius post mortem: q̃ in uita se frui posse arbitrabatur. Pericles non impari laude fuit nam amissis duobus filiis adolescentibus: nullis lachrimis fusis pristinum uultum seruauit. Simili grauitate usus fuit. Dionisius siracusanus. Q. Marcius emulus superiorum gloriæ: filii obitum: de quo uniuersi ciues summam spem acceperant: magna animi moderatione tulit. Fecit hoc idẽ. M. Horatius puluillus xenophon: Antigonus Rex. L. Paulus. Cornelia. Sancta melania (teste hyeronimo) & sic de aliis: quos studio ptermitto: ne in caudam oratio nimis excresceret. Nunq̃ ii tanta mentis constantia fortunæ uiolentos impetus tollerassent nisi loca pacis atque iocunditates eos possidere putassent. Quod honesta satis indorum consuetudo luculentissime demonstrat. Item & Trachie illa natio: merito sibi laudem sapientiæ uendicauit: quæ ut Hesiodus ait natales hominum plangens: gaudet i funere illos quippe ad curas

Socrates
Cato

pericles

Dionisius
siracusãus

Mos trachie

erumnas generatos doleant illius regionis hoies: hos ad beatitudinem redisse gratulentur: illos ad seruitutem uenisse ingemiscant: hos ad libertatem regressas gestiant: illos ad patibilitatē. Hos ad incorruptionem esse generatos. Igitur cum aius naturali cupidine in uitā tēdat: mortemq; phorrescat: nec frustra hūanæ affectiōes affixe cordi sunt: cōsequens ē: ut finē consequant' suū. Si uero mors esset & aiæ & corporis inerritus: Frustra beatitudo: Frustra christi passio: Frustra & laborum assiduitas: cum mercede careat & omni bono. Erit igitur animus immortalis.

Argumentum ex phedone platonis sumptum quo probare ex carētia initii motus animum fore immortalem. Capitu. xv. plato

LAnguebat mētis egritudie hūanū genus: & uario morbo ignoratiōis laborabat īgeniū: anteq; plonis magniloquētia phylosophiā īperfectā atq; incultā illustrasset. Sed cū multos errores & aiorum ī natura cōperisset: opepræciū sibi uisū fuit: in cāpum descēdere & p rei dignitate aduersū epicurū. Dicearchū & reliquos eiusdē factiōis uiros arma corripere: idcirco phedonem pene diuina uoce instituit scribere: ī quo sacra illa Socratis colloqa: priusq; euita migraret recēsere curauit: ex qbus paucula excerpsi (digniora tamē memoratu) q̄ Cicero nr̄ ī primis. Calcidius, Macrobius: Firmianus latina fecit. eorū uis hæc est. Oīs aia est imortalis: quia qd sp mouet' sp in uita ē: at uero qd aliud mouet aliunde sumpta uirtute motus: cām mouēdi patiens: cām quoq; uiuēdi patiat' necesse est. Solū igit' qd seipsum mouet: uel qd nunq; motū suū deserat: nunq; mouere se desinit: quin cæteris ēt: quæ motū ex natura sua nō habent: fons & initiū motus fit. Initiū porro sine ortu quecunq; gignunt' ex inicio creant'. Ipsum porro ex nullo inicio. Nam si ex aliquo initio nō erit iniciū: quoniā cuncta quæ gignuntur ex inicio sint optet: & qui caret generatiōe caret etiam morte: quippe initio sepulto: neq; ipsum ex aliquo reparabitur: nec qcq; ex eo. nimirū enim ex inicio quæ sunt in generatione subsistūt. Sic ergo motus qdem inicium quod intimo motu mouetur hoc porro: nec nasci: nec mori fas est: aut oē cœlū omnemq; gēituram labefactatam consistere necesse est: nec ullum remedium fore quo demumq; moueri conseruationis rerum exigat causa recitetur: quare ostensa immortalitate eius qd ex se mouet': animæ mentisq; immortalitas reuelata est. Oē enim corpus quod quidē habet ītra se motuum uigorem cū aia est qd uero extra sine anima siquidem hæc aiæ natura sit. Quod cum ita sit apparet aiam solam fore: q̄ ex seipsa moueat' ppeaq; positā & extra ortus iteritusq; necessitatē. Q d argumentū demōstraret: si p batū fuisset aiam ex se & a se moueri. Hac. n. ī fide nō recepta: debilia sūt oia quæ secuntur. Sed hinc stoycorū quidē accedit assensio. Aristotiles uero non adqescit: ut aiam non solum ex se non moueri: sed nec moueri quidē penitus conet' asserere. Ita enim calidis argumentatiōibus astruit: nihil ex se moueri: ut & si aliquid facere hoc concedat: aiam tñ hoc nō esse confirmat: si. n. aia inqt pricipiū motus ē: doceo nō posse pricipium motus moueri: & ita sūctus diuisiōe quadā: alcius īgreditur: ut primū doceat ī rerū natura: eē aliqd imobile: deide hoc eē aiam tēptat oōdere: Q d si ī physicis uere pbasset: nihil ad patrociniū plonicæ sectæ relinqueretur. Neq; enim tam immemor mei: aut male animatus sum: ut ex ingenio meo: uel Aristoteli resistam: uel assim Platoni. Verum cum superior argumentatio: mutis quoque animātibus immortalitatem daret addidit: ut hāc effugeret cōitatē fieri nō posse: quin sit

imortalis aius humanus: cuius mirāda solertia inueniēdi & celleritas cogitandi: facilitas pcipiendi atq; discernēdi: & memoria pteritorū futurorūq; prudentia: & artiū plerumq; innumerabiliū scia: qua ceteræ carent aiantes: diuina & cœlestis appareat: quia & origo aī qui tanta capiat: tanta contineat: nulla reperiat' in terra: si qdē ex concretione terrena nihil hēat admixtū: sed necesse est in terram resolui qd ē in hoie pōderosum & dissolubile: qd autē tenue & subtile: id uero eē idiuiduū a domicilio corporis uelut a carcere liberatū ad cœlū & naturā suam puolare: hæc fere plonis collecta breuiter a cicerone ī catone maiori: & a Firmiano: quæ recēsui: ut uiri pstantia atq; dignitas effulgeat.

Quod heraclitus phisicus eodem fundamento nixus per pricipium motus probat animorū imortalitatē. Capitu. xvi.

Eraclitus physicus: cū istas segetes maturauisse aīa duerteret & iā manus messorū exposcere: ipsam & metere & legere p uirili portiōe adortus ē. Is cum naturā spiritus aeri īdagine pscrutari ppensius cuperet: uaporem oium aiatorum inicium constituit quē a natura spiritus nullo pacto disiūxit: cū quoq; oibus rebus īcorporalissimū atq; sua tenuitate intimū: penetratiōisq; maxie fore arbitratus ē hunc spiritū mobilissimū: & mouere quidē p se: & moueri affirmat cuius rei exēplū est: q; sp sua mobilitate fluit istar amnis ad hūiliora descendētis: quis a nullo pximo mouēte immotū ipellat'. Id aūt qd p se & nō ex accidenti aliquo agitat': sui motus origo est (Est. n. cōnaturale atq; sibi mouere cōsubstantiale) Q d secus eēt: si mouere casu aliquo sibi obtigeret. Posset. n. nō mouere: cōsequēs eēt ut aīal iteriret q primū a motu uacaret: pmanēte eo: quo stultius nihil dici potest: saltē ob cordis motū & spiritus: quo uehit' uita & uirtus p corpus: credidit. n. minorē mundū instar maioris & regi & agitari: ī quo non solū stelle uage: sed cœlorū globi: atq; stellarū fixarū natura: ī primū motū ceu ī causam uniuersalē reducunt' quē a nullo pterq a se ipso moueri cōstat: q nō aduenticio aut pegrio motore agitat' sed a se: & nō aliunde mēdicata potestate: igit' illi motori eēntiale erit sibi mouere: cōsequēs ē: ut absq; ulla ītermissiōe sp moueat. In aīali uero qd minor mūdus appellat': similiter cōperit'. Ad agitationē qppe cordis: mouentur uitali motu: oēs corpis artus: igit' mouere ē cōnaturale ei qd agitat'. Et idcirco primū & p se mouēs ē cor: ex accidēti uero cætera mouēt': quæ ueluti ī radicē a qua pfluit oīs agitatio reducunt'. Mouēs. n. ī supiori orbe ē oio eternus: & incorruptibilis: qa origīe motus caret: qd autem a se pellit motus initium: pellet utiq; & exitum Quid aliud ē illud est nisi immortale & incoruptibile: Pariter fit & in minori mundo: q; caret pricipio motus: utiq; & fine huiusmōi est anima igitur ē imortalis. Patet itaq; in platonis ratiocinationem heraclitum luculenter atq; aperte incidisse.

Argumentum sumptum ex libris diuinarum institutionum Firmiani Lactancii quo persuadere curat animorum perpetuitatem. Capitu. xvii.

Emini me iugiter codicem hyeronimi de uiris illustribus lectitasse: in quo licet Firmiani eloquentia admodum magnifaciat: non prætermisit tamen laudes diuinarum institutionum: quas fortissime contra gentes scripsit: ut errores hominum atq; falsas sacrilegasq; religiōes subuerteret: quibus euulsis: ueram sapientiā quā nemo nouit: nemo adinuenit: nisi qui diuinis institutis mancipatus fuerit cordibus mortalium insere

ret: & cum feda hac opinatione iam orbis primiores respersi essent: quibus summũ bonum: aut diuicias: aut uoluptates: aut honores uisum est: hac raciotinatione ac cerrime aduersum hos homines abdicatos: inuectus est: eius quidẽ argumẽtatiões sunt quæ sequunt. Cũ sapientia quæ soli hõi data est: nihil aliud sit q̃ notitia dei: apparet animam non interire: neq; dissolui sed manere in sempiternum: quia deũ qui sempiternus est: & querit & diligit: ipsa cogẽte natura sentiẽs: uel unde orta sit: uel quo reuersura. Præterea nõ exiguũ immortalitatis argumentũ est q̃ homo solũ celesti elemẽto utitur: Nã cum rerũ natura his duobus elemẽtis: quæ repugnantia sibi & inimica sunt constet igne. s. & aqua: quorũ alterũ cœlo: alterũ terræ ascribitur: Cætere aiantes quia terrenæ mortalesq; sũt: terreno & graui utunt elemẽto: homo solus ignẽ in usum habet: qd est elementũ leue celeste: ea uero quæ ponderosa sunt ad mortẽ deprimũt: & quæ leuia sunt: ad uitã subleuant quia uita i summo ẽ: mors in imo: & ut lux esse sine igne non potest: sic uita sine luce: Ignis igit elementũ ẽ lucis ac uitæ: unde apparet hominem qui eo utit immortalẽ sortitũ esse cõditionem quia id illi familiare esse: qd facit uitam. Itẽ uirtus quoq; soli hõi data ẽ: magno argumento est imortales aias esse quæ non erit sm naturã si anima extinguitur: huic .n. p̃senti uitæ nocet non uita ista terrena quã cõem cũ multis animãtibus ducius: & uoluptatẽ expetit: cuius fructibus: uariis ac suauibus delectatur: & dolorẽ fugit cuius asperitas naturã uiuentiũ acerbis sensibus ledit & ad mortẽ pducere nititur: quæ dissoluit aiantem. Si ergo uirtus & prohybet his bonis hominẽq; naturaliter: quæ naturaliter appetunt: & ad substinenda mala ipellit: quæ naturaliter fugiunt ergo malum esse: uirtus erit inimica naturæ: stultumq; iudicari necesse est: qui eam sequitur: quoniam seipsum lædit & fugiendo bona præsentia & appetendo quæ mala sine spe fructus amplioris: Nã cũ liceat nobis iucõdissimis frui uoluptatibus: nõne sesu carere uident: si malũ i hũilitate i egestate: i cõtẽptu: i ignominia uiuere: aut ne uiuer qdẽ: sed dolere: cruciari: mori: & q̃bus malis nihil amplius asseqũmur: quo possit uoluptas amissa pẽsari. Si ãt uirtus malũ nõ ẽ: facitq; honeste qd uoluptates uitiosas turpesq; contemnit: & fortiter q̃ nec dolorẽ nec mortẽ timet ut offm̃ fuet. Igit maius aliquod bonũ assequat necesse ẽ q̃ sint ista q̃ spnit. At uero morte suscepta: qd ulterius bonũ sparĩ põt nisi eternitas: idcirco qa solus hõ capit uirtutẽ: solꝰ utiq; capiet & imortalitatẽ: q̃ ad corpus retorqueri nõ pssũt: cũ sit ibecillimũ: sed ad animam: cuius origo celestis est: hæc sunt mea sententia uehementiora argumenta: quibus persuaderi potest immortalitas ipsa: Nunc superest testibus roborare: ut omni sole lucidior sit: quod dicere instituimus.

Qd sapiẽtũ testimonia i hac re cõueniẽtia arguũt aiorũ imortalitatẽ. Ca. xviii.

Atis equũ (mea lõge snia) cẽseo diligẽtissime phylosophorũ xp̃ianorũq; rõnibus q̃dratis: illos citare testes: quorũ ope p̃sens puincia maturet: Nec qspiã mihi succẽseat: si secũdũ eorũ antiqtatẽ serio nõ cito: cũ hunc laborẽ tẽporũ scriptoribus reliquendũ statuerĩ: sed quo ordie uelit in cãpũ descendãt. Satis nobis erit: suo testimonio ueritatem abditam in lucem edere: ut multo locupletior sit institutum: tantis doctissimorum hominum copiis: tãtis denique præsidiis illustratum. In prima nanque acie poetarum licentia audienda est. Accedet deinde phylosophorum grauitas: qbus comitabitur uetus testamẽtũ. Postrẽo christianorũ agmia exsoluet. Ingẽio qppe

Testes immortalitatis

si polerem: aut grecula facūdia calerem: ciere eos nō fuissem ueritus: pœnes quos: poetarum palma optimo iure delata est. Quis enim nesciat poetam in buccolicis & in sexto & in quarto græcos emulatum fuisse. Sed missa isthæc faciamus. Ad nostros uenio: quorū sæpe dicta in buccā ueniūt imprimis ingeniosus ille poeta nobis occurrit qui transformationū egregiū & plenū spiritu opus consumasset: suosq; cōgestos labores non uetustate perituros: sed uoluptate atq; disciplina semp uicturos i calce hos cecinit uersus. Iamq; opus exegi: qd nec youis ira nec ignes. Nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas: Cū uolet illa dies: quæ nil nisi corporis huius: Ius habet: icerti spatiū mihi finiat eui. Parte tamē melior mei sup alta perhemnis. Astra ferar nomēq; erit indelibile nostrum. Eandem sententiam aliis quoq; uersibus dedit lucretius dicens. Cedit idem retro in terrā qd fuit ante eterna. Sed qd missum est ex etheris id rursus cœli fulgētia tecta receptant: qd eius dicere nō erat: qui aias cū corporibus perire disserebat: sed uictus ē ueritate: & imprudēti ratio uera subrepsit. Tragicus i trohas multisq; aliis in locis hāc immortalitatē pressis manibus tenet: i eo presertim loco. Priami aiam in cāpos heliseos incolentē describit. Felix priamus dicimus oēs. secum excedēs sua regna tulit nunc helisii nemoris tutus erat i umbris: Interq; pias fœlix aias hectora quærit: Lucanus: Statius poeta cū infernum & aiorum uarium statū describant: nihil aliud agūt (mea snia) nisi & bonorū præmia & malorū supplicia docere. In sexto qppe ex animi snia. Quisq; suos patitur manes exinde p ampliū. Mittimur heliseū & pauci leti arua tenemus: Donec longa dies pfecto tēporis orbe: Cōcretā exemit labē purūq; reliqt: Ethereū sensum atq; aure simplicis ignē: Has oēs ubi mille rotā uoluere p annos: Lætheū ad fluuiū deus euocat agmine magno. s. imemores: supera: ut conuexa reuisent. Rursus & incipiant i corpora uelle reuerti. Quæ ista cupiditas re uniōis: si aius deperiret. Ad phylosophos autē uenio ante pherechidē syrum de aiorum imortalitate modulate publiceq; disputasse legitur nemo: eius discipulus pythagoras sanius sui p̄ceptoris disciplinā tū rationibus: tum institutis ampliauit. Is cū erotomates in luxuriam p lapsos animaduerteret: eos summo studio: omni dēiq; cura: his & multisq; aliis uerbis ad frugalitatis disciplinā reducere curauit. O genus attonitū gelide formidine mortis. Quid stigia. Quid tenebras: & nomen uana timetis. Materiem uatum: falsique pericula mundi: Corpora siue rogus flamma seu tabe uetustas. Abstulerit mala posse capi non ulla putetis. Morte carēt aiæ sempq; priore relicta: Sed e nouis domibus uiuunt habitantque recepte: Ipse ego nam memini & troiā tēpore belli. Panthoides euforbius erā cui pectore cōdam. Hesit in aduerso grauis asta minoris accide. Cognoui clipeū læue gestaminæ nostræ. Nuper ab antheis tēplo iunōis i argis. Oia mutantur: nil interiit: errant hinc illuc & quoslibet occupat artus. Spiritus eq; feris humana in corpora transit. Inq; feras noster nec tempore deperit ullo. Hunc plerique secuti fuerunt præsertim empedocles: qui ait animos non naturam modo agrestem & feram sortiri: sed etiam formas uarias. Sensit hoc idem plotinus. Sensit & porphirius. Sensit & origenes: quibus uisum fuit non interire animas cū corpore. Sed de corpe i brutum aial migrare: ob id imortalitatē docuerūt. Socrates cū suppremo uitæ die de animorum eternitate plurrima disputasset: ad mortis tollerātiam constantissime animatus: auditoribus suis moriendi cupiditatem suis exortationibus ingessit. Ego enim o summa & cebes: nisi me putarem inquit ipse migratu

poeta

Ouidius

Lucretius

Tragicus

poeta

philosophorum grauitas

pythagore dysticon

Corpe deposito cum libad ethera perges

Euades homium factus deus etheris almi

Empedocles

plotinus

porphirius

Origenes

Socrates

Ex phedone plonis

ſpeciei elegãtia ac formoſitate bonũ hoís ſũmũ conſiſtere uiſũ eſt. Veterum elo/giũ eſt: non mediocriter illos bene fortunatos eſſe: quibus oris uenuſtatẽ atq; per ſonę dignitatẽ natura tribuit. Quod ſi ita ẽ fœlix candauli uxor fuit: quæ propter formę pulchritudiem eius: Viro necem inſtituit ut ſe pariterque regnum adulte/ro traderet. Fœlix & narciſus qui ſtulta concupiſcentia ſui illectus: poſt longã quę relam ſui oblitus in edia periit: Fœlix gãimedes ad ſtuprum raptus. fœlix & paris qui troyani excidii origo fuit. Et ut ad noſtros ueniam: fœlix dina deflorata fœ lix & abſolon pilo conſoſus: nihil enim tam inutile ad pudicitiam ſeruãdam q̃ cor poris pulchritudo. Criſidis teſtimonio: glicerium pamphilo adoloſcenti ſpectate fidei cõmendantis. Nonnulli crebro aduerſis ualitudinibus: ut, morbo: aut regio aut commitio: aut febribus fatigati ſanitatis beneficium ſummum etiam bonum putant: quam nacti deſinunt id credere quod neceſſitas propẽſius urgebat. Al/teri in robore corporis: quos explodit ſtrages militum. In bello quippe meliores cordatioreſque & uinci & perire certiſſimum eſt. Nonne hector & Troylus bello troyano mortem oppetiuerunt. Nõne leõidas & paminũdas. Nõne golial gigas & Sanſon periere: Cenſendum ne eſt id ſũmũ hoís bonũ quod euita abigit. Rur ſus & alii antiquiores phi uoluptates corporis ſũmum bonũ dixerũt. Quos ꝓ ſternere & in terram illidere operoſum nõ eſt. Vellem mihi Epicurum & Ariſtip/pũ huius ſimultatis patronos pauxillulum adeſſe quibuſcũq; aut ipſi mihi: Aut ego ſibi manus cirros inuoluerem. Sũmum hoís bonũ in eo conſtitui quod cõe conceteris aialibus eſſe non poſſit. Sed ut feris dentes: armentis cornua: uolucri/bus pẽne: ſquame piſcibus propria ſunt: Sic hoi aliquod ſũmum debet aſcribi: ſi ne quo rationẽ ſuæ cõdictionis amittat. Voluptates aũt nobis & beluis cõmunes ſũt. Nã ut mortale aiantiũ ſemẽ: ꝓpetua ſucceſſiõe quodãmõ imortale redderetur hac ratiõe natura certas leges induxit. Nobis uero qbus liberior ac nobilior ap/petitus datus ẽ: nõ generãdę ſobolis cã cõgredimur: In hoc certe brutis deteriores q̃ tẽpus expectãt: ut i coytũ ruãt: q̃ ut ſe pleas ſenſerit amplius marẽ nõ admittũt: ſed uoluptatis grã. Quo circa plena mãu: ut iulię Auguſti filię uerbis utar: ne ue/ctorẽ tollãt admonemus. Sapiẽs ergo nõ fuit qui ſũmũ bonũ credidit animi cor/poriſq; uoluptatẽ: Nã qd uiuẽdi: aut generãdi cã datũ ẽ hoibus. eſt quidẽ naturæ bonũ ſũmũ tñ nõ ẽ: niſi qd ẽ unicuiq; generi proprium. Faceſſat hinc Diodorus q doloris priuationẽ ſũmũ bonũ dixit. Quis. n. nõ itelligat ab egrotis & i aliquo dolore poſitis: eſſe hoc diſpoſitũ: Quid tam ridiculũ: q̃ id hr̃e ꝓ ſummo bono: qd medicus poſſit dare. Quis. n. fœlicem: aut qui egentibus ſalutẽ cõfert: aut qui ea uacat: Certe eſculapius hypolito diſcerpto atq; lacerato: quæ i curru fugientẽ pa tris irã phoçe ꝓterriti audientes equorũ ſtrepitũ: dũ ſe ſe i mare fugientes p̃cipitãt equos exterruere hypoliti: infœlicẽ iuuenẽ loris implicitum: exanguẽ ꝓ abrupta traxere: atque Exculapii beneficio a mortis faucibus liberati: Nec tamen fœlix: cum fulminatus interierit. Summum igitur bonum ex ui nominis omnem cala/mitatem atque miſeriam profligere docet: Sed uacare a dolore id cum nõ efficiat ſũmũ bonũ nõ ẽ. Ab hac uanitate nõ longe fuit hyeronimus: q oio nihil dolere ſũmũ bonũ: dixit: licet naturali iſtinctu oẽ aial dolorem fugiat. Quis põt ſibi hoc bonum præſtare: quod ut nobis eueniat nihil aliud poſſimus q̃ optare: ſummum autẽ bonum non natura: nõ caſu obtigit: ſed ipſum acqrere i noſtra poteſtate eſt

Diodorus

fabella niobe.

Si igit' in oio nõ dolere rursus sũmũ bonũ ẽ. Quis fœlicior Nyobe: q̃ orbata uiro atq; filiis: apud urnas eorũ ob eius i luctu eternũ silẽtiũ i lapidẽ uersa obriguit Fœlix (ut fabulares poetas atq; loquaces hoies omittã) Loth cõiũx: quæ ꝓpetuo ut fruat' sũmo bono i salis statuã fuit cõuersa: Calipho & Diomachus hõestatẽ cũ uoluptate iũgẽtes: sũmi boni naturã itegrant. qd̃ ꝓfecto in uestigiis stare nõ põt: Erigãt se q̃tũ uelit i pedes. Qui eni uoluptatib9 illecebris se igurgitauerit: ut sardanapalus oi muliere corruptior: aut. M. antonius honestate careat neccesse ẽ. & qui honestatẽ colit: ut sophocles uoluptates abigit. Zeno tantã uim naturæ eẽ dicit: ut etiam censeat summum bonũ cũ ea cõsentanee uiuere. Beluarũ igit' more nobis uiuẽdum: omnia quippe in his cõphendũtur: quæ abesse ab hoie debẽt uoluptates appetũt: metuũt: fallũt insidiant': grassant': occidũt & qd̃ ad rem maxime attinet deũ nesciũt. O insania hois docere hoiem fm naturã uiuere: quæ ipa in deterius prona ẽ: & quibusdã blandimentis leuioribus in uicia ꝓcipitat. Delirus fuit & herclis qui sciam optimum hois bonũ ratus est. quod. n. homines appetunt non propter ipm: sed alterius grã id hoi propriũ bonũ nõ ẽ. Quis. n. scire cõtentus ẽ: nõ expetẽs scię aliquẽ fructũ. Artes iõ discũtur: ut exerceant'. Exercẽtur aũt uel ad subsidia uitæ: uel ad uoluptatẽ: uel ad cẽsũ accumulãdũ: uel ad gloriæ ostentationẽ: Nõ ẽ igitur sũmũ qd̃ nõ ꝓpter se expetit'. Nemo tñ usq; adhuc sũmũ bonũ dixit sapiẽtiã qd̃ melius longe dici potuit. Sciẽtiam &. n. parũ est ad bonũ sucipiendum malũq; fugiendũ: nisi accedat & uirtus. Perypatetici aũt in bonis animi & corporis & fortunæ: exceptis animi bonis: Reliqua nobis & beluis cõmunia sũt. Nã corporis bona. i. icolumitas: idolentia: ualitudo: nõ minus brutis q̃ homini sunt necessaria. Itẽ fortunæ bona sicut hominibus ad tuendam uitã data sunt: sic illis pręda & pabulis opus est: ita inducendo bonum quod non sit in hominis potestate: totum hominem alienæ dictioni subiugauerunt. Stoici uero cum de bonis malisque dissererent uirtutem sũmum bonũ prędicarũt. In qua opiniõe &. M. Tulius fuit & Senecha stoicorum secte accerrimus defẽsor: Quos refellit Aristotilica disciplina. Quod enim sũmi boni: Effectrix est id profecto (ut consideratius loquar) summũ bonũ nõ est: absque enim uirtute nemo ad illud cõtendere potest: Erit igitur uirtus sũmũ pariens bonũ. Item optimus hois status non est ociosus: qm̃ si aliqua morula intercideret auocans ipsum ab illa excelsa cõtemplatione: miser eficeretur: Dum aũt dormimus: aut intente cogitamus uacat uirtus. Melius longe qui non in uirtute: sed i uirtutis opatiõe hois altissimũ statũ posuerũt. Audiamus Aristotilẽ. Qui teste Lactantio uirtutẽ cũ honore cõiunxit quasi nulla possit eẽ uirtus: nisi honesta: Sed quia uidit fieri posse a quopiã de uirtute prauo iudicio male sentiatur: Existimationi hoium seruiẽdũ putauit: qd̃ qui facit a bono rectoq; discedit: unus oium uanissimus (pace sua). C. Cesar quõ nullo pacto insecutus fuissem ni Quintilianus tanti faceret: Nemini enim & eloquentia & diuinarum humanarumque rerum cognitione comparandus: præter q̃ cum Cicerone: eum ubi Epicureorum falsum improbumque dogma inuaserat: eodemque proposito firmauerat. s. aias interire cum corporibus inopinato repentinoque casu. Sũmũ bonum in ciuili potentia atque uniuersi orbis principatu ratus ẽ. Nec quisq̃ suo errori propius accessit: nec haud ut caput demulceam adeptus fuit: quod suæ peruersæ existimationi consentaneum erat: præter

Zeno

Peripatetici

Stoici

lactancius

Cæsarem uniuersi orbis monarcham. Conueniamus igitur hominem omnium certe lachrymarum fonte plangendum. Cedo Cæsar censendum ne est id summũ hominis bonum: quod aut martis uiolentia: aut punica fide aut ueneni potione credita inimiciter hoies euita abigit. Aut ut ciceronis utar eloquio: potest ne bonum directe cuiq̃ esse malo. Aut potest quisq̃ in abundantia bonorũ ipse esse non bonus: at qui ista talia omnia uidemus: ut improbi habeant ea: & ut obsint bonis Et ne nimium incauda oratio crescat promiscue hæc principantibus frequẽter insunt: sic a scurra quodam insigni claudii inimico dictum fuit omnes principes bonos anulo describi atq; depingi posse. O. C. Cæsar cum sis (omnium sapiẽtum pari consensu) doctissimus: quid tibi fœlicitatis attulerunt gallie: quas robustissima militum manu debellasti contriuisti: ac perpetuam in seruitutem iure belli redigisti. Quid pharsalica victoria: quid hispanica: quid tantorum ciuium ac sociorum populi Romani cruor: Te tua opinione bearunt: quid illustrius si ita dici uelis q̃ ui dolo pollicitationibus res plurium in unum congestas: i unius hominis dedicationem uenisse: Sed quale exitum tibi tuisq; posteris reliqueris: Audiamus & necasum tuum omnibus linguis: tum græcis: tum latinis lugẽdum dissimulare possis altius res maiorum gestas repetere cursim curabo: ut si non ratione saltem priscorum ruina atq; strage miserandum interitum doceã & regũ & impatorũ. Stulte agere uidentur qui dominandi libidine accensi omnia tuta timere compelluntur O q̃tum bonum est inquit tragicus obstare nulli: capere securas dapes humi iacẽtes: scelera non intrãt casas tutusq; mẽsa capit angusta cibus: uenenum i auro bibitur. Et quoniam male fundata sententia honestum inuenire non potest exitũ Ninus
Animo naturationem exordiamur: qui ut ex terræ tradũt historiæ primus regnauit in assyriis: qui zeroastem bactrianorum regem necauit ipse urbem quadam q̃ ab eius fide atq; deuotione defecerat oppugnans hostiliter truncatur. Sic semira Semiramis
mis a filio iugulatur: post adeptam ethiopiam. Cirus orientis imperium a medis impersas ubi transtulerat. Athomire sytharum regina trucidatur. Xerses cum decies centenis milibus militum: quattuor milium & ducentarum nauium numero teribilem græciam inuadens: sed bello infœliciter gesto: suis inuisus ab artabano eius duce opprimitur. Darius Alexandro inferior fugiens & multis uulneribus confosus extremum uitæ agere in itinere compertus est. Darius
Alexander totius fere orbis imperium nactus a iola filio Antipatri haustu ueneni absumitur. Multos p̃tereo ne longius ab istituto digredi uidear. Sed casũ quẽ in sermone nato supcœna apud. M. Lepidũ optaueras: tibi pene obtigisse. Suetoniũ trãquillũ: Audiamus elegãti stilo cõscribentẽ cõspirati spẽ officii circũsteterũt: illico cymber tulli9 q primas partes suscepat: quasi aliqd rogaturus ꝓpius accessit renuentiq; & gestu in aliud tẽpus differenti ab utroq; homero togã appĥendit. Deide clamantẽ ista q dem uis est alter Cassius aduersũ uulnerat: paulum infra iugulum. Cæsar cassii brachium areptum: graphio traiecit: conatusque prosilire alio uulnere tardatus est. Vtque animaduertit se strictis undique pugionibus peti: toga caput obuoluit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit: quo honestius caderet inferior parte corporis uellata atque ita tribus & uiginti plagis confosus est. In eadẽ fere sorte fuerunt summi illi rerũ potitores. G. Gallicola. D. Claudius. D. P. Nero. Cõstãtius: Iuliãus: Iouiniãus: Valẽtianus. Et sic đ reliqs: quos si recẽsere

cuperem: Ante diem clauso componet uesper olimpo: Imperii cæterarumq; rerũ uicissitudo nos admonet ibi summum bonum quærere ubi nulla molestia intercesserit. Sed cum nihil in hac mortalium uita sit qd fortunæ successibus non subcumbat: stulte egerunt: qui opes diuitias: uires animi: pariterq; corporis contriuerunt: ut summum rerum imperium uendicarent: cum stabile non sit: aut in necessitatem mortis ui nos impellat. Nam ut tragicus ait: Nemo confidat nimium secundis: Nemo desperet meliora lapsis: Miscet hæc illis: prohibetq; cloto stare fortuna rotat omne factum: Nemo tam diues habuit fauentes crastinum: ut posset sibi polliceri. Res deus nostras celeri citatas turbine uersat. Id circo: Dionysius tirannus in hac re iure optimo phylosophis uniuersis ante ferri meritus est: qui facetissimo exemplo in hac fragili imbecillaq; uita: summum hominis bonum: aut fœlicitatem non esse quærẽdam docuit. Gladium uagina raptum: & capulo de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit familiari eius capiti inter epulas imminere: Cumq; ille inter singulas & tyrannicas copias presentis mortis periculo grauaretur. O clamode talis inquit Diõysius est uita quã beatam putabas: Sic semp nobis mortem imminentẽ uidemus. Existima q̃do esse poterit fœlix: q timere nõ desinit: Oportet igitur summum hominis bonum in sublime esse positum atq; sic constitutum: ut semel adepto: nulla agitatione deperdi quæat. Quæ fortuna dare potuit: potest & suo arbitrio aufferre: ut Satyrus ait. Si fortuna uolet fies de rhetore consul: Si uolet hæc eadem fies de consule rhetor. Non casu: non nostris preclaris facinoribus hoc cœleste nobis ipsis bonum uendicamus: sed diuina miseratione nostris assiduis calamitatibus propiciante. Quæ a se omnino explodunt nõ uicissitudinem: iocũditatem: summam rerum perfectionem: ea rationem summi boni perturbant atq; pœnitus tollunt. Quid enim in hoc mundo stabile: Quid porro non breue & incertum & casui non seruiens. Quale illud bonum qd semper amittere timeas: uel abs te aufferendum metuas: uel certe morte relinquendũ scias: cur fixum uestigium tenere sattagis: aut immotum eniteris: Cum cœlum ipsum nõ i substãtia se i qualitatibus piturũ clamẽt diuiæ lr̃æ. Quid existimãdũ ẽ de nobis: quorũ initia & pgressus sunt tabes & uermiũ scaturigines. Si i ipsis ueritatẽ expetis: ibi nulla pfecto est: ubi tendicule ad aucupãdũ posite sunt: sicut. n. fera & piscis spe aliq̃ oblectante hamant̃: sic hoies pniciosa suauitate circũueniuntur. Munera ista fortunæ putamus: isidiæ sũt. Quisqs igit̃: ut Seneca grauissimus ait tutã uitam agere uolet. Ista uiscata beneficia deuitet: Propterea cũ maiores nostri plus officere q̃ usui esse ista bona imbecillia atq; incõmutabilia aiaduerterent uerbo qdem bona esse appellanda censuerunt: cũ re ac factis aliter iudicassent. Quibus nam gradibus (ueterum opinione) in cœlũ Romulus ascendit diuitiis opibusq; an uirtutibus. Quid nume põpilii minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnas fuisse: q̃ delicatas aliorum pateras arbitramur: non ne cõtinentia fabricium. M. Curium & reliquos. Frugalitatis sectatores in cœlum struxit aditum. Nulla enim possessio immo nec cresii opes: nec darii diuitiæ sed nec ulla auri argentique uis est tanti: quam parsimonia magnum profecto uectigal existimandum est: inquit Cicero. Non canimus surdis: nec in tam malo statu res est: ut sanæ mentes desint: quibus ueritas placeat & rectum iter sibi monstratum & uideant & sequantur. Cognoscantque uiam seculi primo

aspectu esse floribus atq; miris uaporibus ornatam: re autem salebram esse: his ul tro obiectam: ut pedes impingant: Et ut lactantius ait. Circūlimatur modo pocu lum cœlestis melle sapientiæ: ut possint ab imprudentibus amara remedia sine of fensione potari: dum illiciens prima dulcedo: acerbitatem saporis asperi sub præ rextu suauitatis occultat. Quam etiam iocunditatem præsens afferat uita: satis liquide cernitur. Gaudiosum lucifero fuit cœlestem illam contueri patriam sed il lius inordinate uoluptatis fructus exilium estitit. Simile fuit in adam: & inocen tia atq; loci amenitate spoliatus. Filiis seth delectabile uisum fuit pulchras ducere uxores: & repentinus aquarum interitus absorbuit. Pulcherrimum facinus noe fuit uisum coluisse uineas: sed eius dulcedine captus seruitutem induxit. Ame na erat regio pentapolis instar paradysi irrigua: sed igne & sulphure cōflagrauit.

Carnis usus filiis israel gratissimus fuit: sed in mortem mox prolapsi fuerunt: de lectabile fuit troy regnum phrigiis: sed a stirpe interiit: Nihil est ut aliq̄do me col ligam i hac funesta lugubriq; uita: quod si examussim quadretur: eiusq; exitus pē setur nō plus aloes q̄ mellis hēat lōge sūmitas & pfectiōis imēsitas ab illis absinit: oia qppe creata i numero quodā pōdere & mēsura facta sunt: atq; sui generis ifra li mites inclusa ne suo factori equet creatura. Cum igitur rerū omnium sator deus sit stabilis: nec ex uno in aliud tendens: nec obumbrationis uicissitudinem susci piens: ut omnia fortunæ imperio subiacentia: sitq; summa & prima atq; purissima ueritas: nihil commenti uel fraudis secum admistum habens: omnemq; & mentis & corporis uoluptatem afferens. Quid obstat ne summum hois bonum censeat. . Forte q̄ mentis desideria non complet: frustra hæc dolosa atq; mēdosa hominū existimatio. Probauimus multis: tum rationibus: tum priscorū testimoniis Ma iestatem dei singularis ifinitam atq; immensam fore & existere: Quod si ita est ut omnes uno ore p̄dicāt quietatiuū atq; oio satiatiuū appetitionis humanæ esse cō sequens est. Beamur omnes in ipso summo bono: quod non alio bono est bonum sed bonum omnis boni: cuius beatitudinis status ex quinq; precipue fulcris inte gre ne ruant beati sustentatur. Atrisagio trinitatis primo. Quid. n. fœlicius non lumine naturalis itelligentiæ: ut phylosophi ipsi: qui ternarium maxima cum ue neratione semper coluerunt. Plato in thimeo qui genituram mundi exerere fla grans: intulit unus: duo tres: ut doceret mundi corpus perfectum esse: perfecta porro corpora sunt solida: quæ ex tribus constant longitudine: latitudine: & cras situdine. Pythagorici ferme omnes hos numeros cum aliis in cœlum fuerunt quasi multorum consensu uelint per hos trinitatem designare: uoluit quippe idē & Aristoteles: qui in ternario numero colendi deum omnem diligentiam adhibu it. Et hermes qui monas: monadem genuit: & in se suum reflexit ardorem.

Plato

Pythagorici

Hermes

Sensit hoc idem porphirius platonicus qui medium inter patrem filiumque lo cauit. Non etiam lumine fidei: ut Abraham qui tres uidens honorem uni de tulit. Adoramus quippe diuinas personas in una essentia: quoniam patrem q̄ de us. Filium q̄ deus. Spiritum Sanctum q̄ deus: propterea tres uidisse ferūt diuinæ litteræ: latriam uero uni exhibuisse. Significasse idem tradunt hysaiam: cum su per solium excelsum uidisse dominum ac seraphim clamantia: Sanctus: San ctus: Sanctus: gloriatus fuerit: cuius fructus extitit: ut a iudeis quos incre pabat serra lignea secaretur. Longe clarius nos: quibus ueritas de terra orta est

Porphirius

idest de beata uirgine. Et iterum terra nostra dabit fructum suum: quē christum fuisse nullus ambigit. Non etiam per speculum in enigmate: sed facie ad faciem: hoc est dictu clare absq; ulla nubecula tegente obiecto: ne toto conatu oculus mētis in ipsum feratur. Hoc est solidum & primū beatorum gaudium. Quid.n. luce increata iocundius: Quid gracius q̄ regem cœlestem in suo decore atq; ornatu uidere: in cuius respectu solis lunæ cæterorumq; astrorum fulgentium splendor dēsissima caligo est. Tantæ iocunditatis atq; gaudii est cœlestis illa lux & claritas: ut si reprobis cōmunicaretur: iam omne cruciatū illis in solatium cederet: sedētibus in tenebris quale gaudium esse potest. Et si pulcherrimum lumē uidere oculis delectabile est: Tantomagis illud: quo clare uiso oia abdita clarescūt: Reuera illud est uerum & solum gaudium: qd̄ non de creatura: sed de creatore concipit: qd̄ cū uendicaueris: a te tollet nemo: cui comparata omnis aliena iocūditas meror est: omnis suauitas dolor: omne dulce amarum: omne decorum fedum: omne postremo qd̄cunq; aliud oblectari possit molestum: Cū itaq; a diuina bonitate p̄ immēsum creatorem bonitas excedat: Sic delectatio: quæ p̄ imediatā illius coniunctionem erit ī infinitū oēm aliam creaturarū excedet. Gaudebunt rursus: humanitatem christi uidendo: nō ea fragilitate atq; corruptela: quā & iudei & pilatus & reliqui gentiles uiderāt: priusq̄ cruci affigeret. Nec ea lucis claritate: qua & laborū & gaudiorū comites. s. Petrus: Ioannes: Iacobus: in mōte Thabor uiderant. Quoniam instar lucis trāseuntis in corpe xp̄i se habuit claritas illa: sed ea forma atq; habitudine quā post rexurectionē discipulis in cōclaui ob iudeorū metum sedentibus presetulit. Erat nempe corpus illud non humano semine procreatū: sed spiritus sancti beneficio formatū: nō ex seminali humore a feruore coitus deciso: sed ex purissimo sanguie intactæ uirginis īmortale: qd̄ nulla ui nulla ptāte amplius dissolui poterat. Testimonio scripturæ dicentis: Christus resurgēs a mortuis: ipsam usque adeo uicit: ut ei amplius non debentur. Lucidum atque serenum si enim terra atra per ignis flammam purgari debet: ut dyaphano similis uideatur. Quantomagis corpora posita obscuritate: Lucis fulgorem sese uestient ut ī firmamēto plus sole fulgeant. Agilitate mirabili gloriabatur. Nam siccis uestigiis maris calcauit undas perdomuitque fretum ianuis clausis: obstacula quæque penetrauit sua mirabili tenuitate. Passum & iudeorum uenenatis sputis infectum impassibile instauratum ē: cuius cœlesti beneficio prædiri futuram rexurectionem expectamus nō secus insignitam tū doctibus gloriosis corporū: tum animorum q̄ christi capitis fuerit. Non crassitudo: non distantia: nō pōderositas ulla nobis officiet quin p̄pere & cicius dicto quo uolemus commigrabimus. Si enim: ut poetæ Fabulares tradunt. Pegasus obesus p̄cerus fuit: & ut ipsius p̄nicitatē significarent alatū faciunt. Multi etiam auctores aura equas cōcipere in lusitanis iuxta fluuium tagum prodiderūt: quarū fœtus id circo uento cōceptos ob celeritatē mirabilē tradunt. Quātomagis hūana corpa diuino ipulsu agitata. Erūt itaq; oī letīcia atq; fœlicitate oppleta. Pulchrum prorsus & omni suauitatis dulcedine amenius in cœlesti illa curia uidere hominem hominis conditorem restauratoremq;. Si enim in his rebus fragilibus maximum profecto gaudiū quispiam nanciscitur: cū post uincula: exilia: carceres: damna pericula quæque ad summum orbis imperium euasisse: uel filios aut necessarios animaduerterit: nec tempusculum inane fuit absque in-

Pegasus

genti tantæ nouitatis admiratione: heu me cur moror ī, terris cur mihi facultas nō datur illud archanum misterium rimari: Vniuersis spiritibus occultum quo uerbum sibi naturam assumpsit humanam. O imperscrutabilis diuini consilii sublimitas. Deus factus est homo: & homo deus: Stupescunt angeli: Mirantur hoies: natura abhorret q̄ uirginis partus omnia naturæ iura pessundederit. In ipsa nāq̄ natura humana sensus nostri miris afficientur gaudiis. Hæc sunt illa pinguia pascua in quibus omne mentis corporisq̄ oblectamentum capere potes. Si intus p̄grederis occurret tibi diuinitatis imēsitas: q̄ licet ex æquo spectetur ab oibus ineq̄liter tamē ab oibus cōprehenditur. Ne igitur dissidium patiatur uetus hoc adagium exemplo exploratum reddere curabo. Tres struantur acies oculorum solis splendorem intuentium in prima aquilarum: in secunda hoīum: ī postrema uesp̄tilionis: aut bufonum oculi preponant' oēs equaliter latitudinem solis atq̄ ipsius molē intuent': nec unus unū: nec alius alterū: nec unus maiorē: minorē ue alius: nec orbicularē unus quadratum alter sed unus idemq̄ sol & uniformis oibus prospectibus intuendū sese obiectat. Longe tamen clarius aquila: obscurius paulum hō: obcurissime uespertilio. Quā diuersitatē generat nō obiectū uisus: sed īequa uidētis dispositio. Beati igit' omnes deum uti est cōspiciunt: sed nō equali uidētis acie. Quis adeo ebes: aut ad oēm ueritatem plūbeus: cui non īmobiliter pectori īsedeat: christū oia nō solū quæ sunt: sed quæ futura atq̄ (multorū arbitratu) quæ possibilia nūq̄ tamē futura & cognoscere & scire. Maria mater dei multo pauciora: sed lōge maiora q̄ petrus: & petrus p̄fert' lino: & sic ī cæteris obseruatū in omne euo fuit. Quod si secus obtigeret perirent omnia christi priuilegia. Perirent Sāctorum reuelationes: perirent & angelorū assidue illuminationes: quas Dionisius inter primarios hyerarchie actus connumerat. Nec ppea unus alteri emulatur nec contabescit: quin inferior supiorem moleste ferat sibi præfectum iri. Sed tanta pace fruuntur: tanta cōcordia atq̄ amore flagrant: ut unius bonum uniuersos cōplectat'. Detracta. n. ī rebus hūanis insolētia Supbia inuidia: Tuū ē bonum qd ago. Congaudent sibi inuicē sancti & in hoc p̄ficiunt docente ueritate: Gaudium est angelis dei sup uno pectore penitentiā agente. Quod non ita accipiendū est ac si īperfecte de bono īcreato letarent': & accessiōe facta plenius gauderent: sed essentiali beatitudine quā sibi uidendo deum uēdicant: unusquisq̄ sua sorte cōtentus est: nō enim fictile minus plenum aqua maiori emulatur: si ita dici uelis: itidē limpha oppletum: tum maxime q̄ uniuscuiusq̄ cōtinentia expleta est. Hæc quispiam latiorem capacitatē suæ naturæ salua integritate expetere p̄t: Sicuti nec asinus rationabilitatē atq̄ disciplinabilitatē: ita. n. fixa atq̄ stabilita ī celesti illa curia sūt uniuersa: ut nec īferius supiori: nec obscurior splendidiori equari aut anteferri gliscat: ne pax illa sūma p̄turbet' patiaturq̄ aliq̄lem iacturā: ut ī exordio uniuersi p̄sertim angelorū deo obseq atq̄ famulari dedignantū obtigit: quorū lapsus miserabilis sæpenumero cernit'. Ex accidenti uero intendi gaudiū nō uacat a rōne: Nō. n. itensiōe auget' sed extēsione. Hoc ē dictu: Sancti hominū salutē caritate nimia flagrantes: gaudent ac mirifice lætantur. Quorum letitia se pariter ad omnes expandit saluatos: uel saluandos: Sicut benignitatis effectus & graciæ neminem excludit: sed uniuersos complectitur: itaque uisio illa mirifica: quam de deo sancti habent: prima animæ dos appellatur. Non enim cognitione uespertina

Nota d' duplici cognitiōe matutina & uesp̄tina

ſed matutina beamur: Nõ q̃ dixerim Ariſtotelico more i cognitione theorica primæ atq; iſallibilis ueritatis humanã felicitatẽ conſtare: a quo lõge digredimur pp argutias atq; rationũ ſcaturigines emergentiũ licet ſupior pars (more lãguentiũ) multos patriculas habuerit: ſed ipſi in operatiõe uolũtatis primarie. Verum cum ipſa uoluntas orba ſit: intellectus patrocinio ſic eget: ut abſq; eius ducatu in profundum laberet. Ne igitur temere laberinthum igreſſi uideamur: Mane ſole orto nubes fugant: aut diſſoluunt: ut aeris ſerẽitas efulgeat: ueſpe quaſi aeri obducta caligine obfuſcatur: hac diuerſitate theologi functi: matutinã cognitionem ob lucis immenſitatem ueſpertine p̃ferunt. Vna quæq; igit ſingulariter aperiẽda eſt: ne ambire uideamur. Eam diui doctores matutinã appellãt: quæ in uerbo diuino oium rerum exemplari lucidiſſimo hẽtur. Si.n. pythagorico dogmate ſimilia non niſi a ſimilibus cõprehendi poſſũt. Cõſequens eſt: ſi uerbũ ẽ ratio uidẽdi oium rerũ ſpẽs & figuræ cõtineri in eo maxie opus eſt in eo nãq; ſpeculo mirabili luce fulgente: quæ nonq̃ didicerant: aut nouerant cõtuent: ibi quæ cogitatu ardua erant difficilia itellectu: ipoſſibilia ſenſu: ratiõe peregria: naturæ extranea: facillima atq; ueriſſima cõprobant. Ibi que dediſcimus recordamur: quos nõ uidimus contuemur: quos abſentes putamus: p̃ſentes nobis ad eẽ gratulamur. Loqmur cum deo & de ocultis iſtruimur: preterita ſũt p̃ſentia: futura ibi exiſtũt: ubi nulla tẽporis uiciſſitudo cõperitur. Quis eni (ai uiribus collectis) poſſet ſingula nõ dico enarrare: ſed enumerare miſteria: Tãta ſiquidẽ eſt illarũ rerũ ſublimitas atq; excellentia: ut eorũ magnitudine mens obruat. Veſptinã aũt eam appellant: quã de rebus in ꝓprio genere habuerunt. Angelis qppe rerũ creandarũ omniũ ſimilitudines ab exordio ſuę creatiõis cõcreatæ fuerunt: ne quid ad eorũ naturæ ornatũ deeſſet. Teſtes ſũt huius rei demones i hoc craſſo atq; turbulẽto aere habitãtes: quorũ uita licet obſcena ſit & atra: tamẽ ſcientiis atq; diſciplinis præſtare uident: Nihil.n. præter gratiã amiſerũt. Si.n. ingenio florent: ut liquide cernit & multarum rerũ ſcientiã atq; notionẽ habent: cõſtat hãc non habere i uerbo igit per rerum ſimilitudines. Ad hoies nũc uertamus ſtilum quis in acqrendis cumulandiſq; diſciplinis fruſtra ſe frãgeret: Laboribus piculiſq; ſe ultro obiectaret: ſi magna & aiæ & corpis iactura parta: pituraq; q̃doq; fore aiaduerteret. Quis fragili cymbe uitã ſuã crederet: ſi in portu naufragiũ paſſurũ ſe nauta ſperaret: Aut qs in bello rueret ſciens i congreſſu mortẽ oppeturũ: Nemo.n. tam bardus aut rudis moribus q̃ preclarum fruſtra aliqd aggrederet: Quod ſi ita ẽ: ut exẽplo multorũ docuimus fruſtra Auguſtinus iſudaſſet iſcribẽdo: Fruſtra & hyeronimi ociũ: Fruſtra baſilii. Criſoſtomi. Hylarii: Ambroſii: Gregorii capedo: poſtq̃ ſpẽs ex qbus i nobis agenerat ſcientia euaneſcũt: atq; oio depereunt. Igit ne tantorũ laborum fructus amittatur: remanent ſcientiarum habitus in mẽte: quos ſancti aſſiduo labore nacti ſũt ut non ſolũ in uerbo de triangulo: aut de circuli quadratura: Aut de ſectione ſolidorũ in infinitum habeatur ſcientia: ſed i proprio genere: hoc eſt dictu ꝓ ſpecies ꝓprias a rebus abſtractas. Qui lõge his impares ſunt: quorũ uita ab omni diuinarum humanarumq; cognitione aliena ſemper fuit. Nam ut omittam ſubſtantiale animæ glorificata præmium de accidentali nobis eſt inſtitutio: Nam lauro plexã coronam non oualem: non mirteam ſancti ſcientiis atq; expolitis artibus referti gratulabundi ferunt: Sed aureolam quãdam. Ex gaudio quippe ſanctorum i cor-

An habituſ ſcie in aia a corpore ſeparata remaneant

pus redundat aliquis decor: ita tamen: ut principale sit in mentis itegritate: ex cõ sequenti effulgeat i carne: hæc siquidem non omnibus: sed illis presertim: qui ob singularem animi præstantiam bellando hostium copias prostrauerũt debetur & conuenit. Martyribus siquidem: ut Stefano: Laurentio: Chaterinæ: Luciæ: Agneti quibus omnia amara: aspera: uincula: mors omnia denique i excogitata supplicia: dulcia: suauiaque uisa fuerunt competit: nec insula illa satis ad decorem esset: nisi & coronarentur corona mirabili. Cuius meminit cytharista spiritus sancti Posuisti domine in capite eius coronam de lapide prætioso. Hæc enim lapidibus xii. cõtexta fuit: quos enumerare infructuosum non erit: ut magnificentia eterni cœlestisque regis in amicis suis splendeat: quibus non ob rerum bene gestarũ merita tantum immensum premium impendit: sed sua ineffabili benignitatis dulcedine: qua ultra condignum amplissimis honoribus suos amicos afficit. Primus lapis iaspis est: uiridem colorem habens occurrentiaque uana fantasmata expellens: fidem qua martyres ornati fuerunt significat. Ipsa nempe semp uiret & nonq̃ marcescit: ac omnium pestiferos mortalesque errores expellit. Secundus est Saphirus celestem colorem habens: & a radiis solis percussus ardentem emittit splẽdorem: Per quem spem in celestibus intentam intelligimus. Tertius est calcedonius lucernæ palléti similis charitatis feruorem martyrium significãs quæ foris pallet & intus amore languet. Quartus est smaragdus oẽs herbas sua uiriditate p̃cellens. Virginitatem merito significans a nullo libidinis ardore exustam. Quintus est Sardonix pacientiam martyrum importans. Sextus Sardius sardis primo repertus fuscum habens colorem: per quem ipsorum constantia importatur. Septimus crisolitus auro similis sapientiam denotans. Octauus berillus manus tenentis calefaciens: Miserationem sanctorum demonstrans. Nonus Thopacius aureum ethereumque colorem precipue habens: & a solis splendore tactus: omnium gemmarum claritatem excedit tersa obscurat suæ naturæ de relicta statim clarior redditur. Altam contemplationem significans. Decimus crisopassus passim habens aurum: celestis patriæ desiderium importans. Vndecimus iacintus in sereno perspicuus: & in nubilo obscurus discretionem significans: inter malos latent: inter bonos fulgent. Duodecimus Ametistus ex colore uiolæ & rosæ permixtus: humilitatem & obedientiam importans. Nam sicut in agone fortiores athlete precæteris fuerunt ita & in primo atque triumpho illustriores. Doctoribus predicatoribusque aurea corona capiti eorum merito imposita est: quorum officium semper fuit uitia extirpare: uirtutibus in excolendis: ut mentibus inserãtur operam dare. Virginibus quibus aduersus uoluptates illecebras semper inditum atrox bellum fuit atque animæ lætale: corona ex floribus: ut carnis mentisque integritas effulgeat data fuit. Qui uero martyrio: doctrina uirginitate resplenduit: ut Paulus triplici serta: aut aureola coronatum fuisse constat. Alia animæ dos est dilectio. Quid enim homini erudito sua sapientia atque doctrina prodesset: si eum non diligeret in cuius manu uniuersa sunt posita: phylosophi quidem naturali indagine multa de deo serio disputarunt: sed quia eum quẽ cognoscebant non amarunt: a uia ueritatis impudenter auersi sunt. Lucifer perfecte deum uidit: sed q̃ ei amore non inhesiit: lapsus in abissum ruit. Igitur debemus toto mẽtis affectu hũc supra oẽs creaturas amare: Cari sũt parẽtes & neces-

Corõa ex lapidibus xii. cõtexta

Iaspis

ſarii: Cari & filii: Cara & patria: ſed nulla maior neceſſitas ē: q̃ ea quæ cum deo habenda eſt. Quis enim non diligat ſalua parentum pietate animæ ſuæ fictorem: qui ex nihilo nos in lucem produxit: pabulum ſubminiſtrat: ad iuſtitiam & beneficiis & aduerſitatibus erudit. Merito itaq; amandus eſt: quoniam pater uereri: q; dominus honorificare: q; beneficus. Metuere q; ſeuerus: adorari q; omnium noſtrum uota exaudit. Idcirco uim amoris unitiuam fore preſentiens. Paulus dixit. Qui amoris incendio deo inheret: unus ſpiritus efficitur cum illo & recte: Tanta quippe eſt amoris poteſtas: ut ſi deum ames: non leui motu uoluntatis: ſed efficaciſſimo impulſu: deus utique non natura: ſed nuncupatione ſis: ſi tellurem terra: Si cenum: cenũ es. Igit̃ beati multo plus amãt q̃ cognoſcãt: & amor ſerpit ibi: ubi ratio parum proficit. Accedit poſtremo fruitio: ſiue comprehenſio quæ idem ſonat: qd̃ uiſio & amati tenſio: aut ueri & boni. Nec hoc in loco comprehendere ſumunt theologi pro ambire: aut diuinam maieſtatem luſtrar: ac circumplecti. Sed pro attingere rem & uiſam & amatam: nam fidei uiſio ſpei certitudo ſuccedet. Caritas per apoſtolum nonq̃ excidit: ſed aucta perficitur: egrediũtur ſæpenumero p contemplationem: ut Salomonem a matre honoribus affectum intueantur: idest humanitatem chriſti: in qua & corporis ſenſus noſtri oblectari debent. Hæc ſunt illa paſcua fertiliſſima: in quibus poſt animi cœleſtes uoluptates grex educi debet ne quid ab offitio uacet. Stulte aquinates qui lapſum primi hominis pro incarnationis cauſa immedium adducunt. Neque enim ade innocentia tantum emundo ſubſtuliſſet bonum: Neque decens erat (omni achademia clamante) uniuerſi ſummum bonum conditione diminui: Sed ut aurelio placet: cum ex duabus naturis atque ſubſtanciis in ſe inuicem diſcidentibus homo cõſtet: ſcilicet anima & corpore quarum una morti obnoxia eſt: altera innoxia: nec anima abſque corporis contubernio: nec corpus ſine animi uigore aliquid operari quæat: Conſequẽs eſt animæ corpus inſtrumentum eſſe: & recte factorum conſcium & ſocium: propterea ut totum beatificaret hominem: humanam naturam aſſumpſit. Deus igitur cum ſpiritus ſit ſola mentis acie apprehẽditur: ne igitur corpus ſuo præmio defraudetur: carnem aſſumpſit: ut ipſa etiam ſenſus beatificarẽtur: & iſta ſunt illa gemina feraciſſima paſchua: in quibus ingrediendo: ſcilicet ad contemplandam diuinitatem animi cultum atque dotes conſequimur. Egrediamur nunc & chriſti meditemur humanitatem. Tanti eſt ſolis: lunæ ſyderumque lux & claritas: ut illorum gratia ſe natum fuiſſe profeſſus fuerit anaxagoras. Nihil enim luce pulchrius: Nihil iocundius: nihil delectabilius. Eius quippe ſplendore laſſos recreantur artus: eius ducatu naute optata lictora tenent. Longe pluris eſt claritas fulgens in corpore chriſti: Cuius pulchritudinem admiratur oculus: Cuius fulgore lætificatur aſpectus hominum. Quid enim preciosius q̃ carnem noſtram tanto ſplendore ornatam intueri. Illa profecto eſt in quã angeli fixa tenent lumina: quã uenerantur Patriarche: quã adorat omnium ſanctorum chorus: ipſa eſt lux in deficiens. Lucerna ſemper ardens oculorum uoluptates: ſemper ſaciãs: ex uocum & cantuum ſuauitate: aurium uoluptas percipitur: de qua in ſecundo libro longã mentionem fecimus. Muſas enim eſſe mũdi cantum etrurici ſciunt qui eas camenas a canendo dixerunt. Nam ideo in hac uita omnis anima muſicis ſonis capitur: ut non ſolum qui ſunt habitu cultiores: Verum uniuerſæ quoque barbaræ

Paulus

Apoſtolus

Aquinates

Aurelio

Cur deus humanã carnẽ aſſũpſit

Anaxagoras

nationes: Cantus: quibus uel ad ardorem uirtutis animẽtur: uel ad molliciem uoluptatis resoluãtur: exerceant: quia in corpus defert memoriam musicæ: quã platonico dogmate in cœlo fuit cõscia: quod alienum a uero cultu semper estitit. Tamen ita delinimentis cãticis occupatur: ut nullum sit tam immite: tam asperum pectus: qd̃ non oblectamentorum talium teneatur affectu. Hinc ut ueteres existimant: & orphei uel amphionis causa: quorum alter animalia ratione carentia: Alter saxa quoq; trahere cantibus ferebatur: sumpsisse exordium: iram suggerit: clementiam suadet. Et quid mirum si inter homines musicæ tãta sit dominatio: cum aues quoq; uel terrene uel pallustres aquatiles beluę inuitantę cantu in retia sponte decurrant. Et pastoralis fistula pastum progressis imperet gregibus. Si igit̃ uoluptas est audire cantus & carmina: sicut de sirenis refferunt poetæ: quas alteram uoce: alteram cythera: & tibiis tertiam: quartam tympano fingunt: quarum armonia atq; suauitas tanta est: ut sui cantus dulcedine nautas in somnum trahant: sopitos mergant atq; deuorent. Quanta erit iocũditas sanctorum angelorum audire uoces & musicos numeros: laudãtium & glorificantium deum: tum maxime mellifluam christi uocem quã expetere uidentur animæ diuino amore succensæ.

Sonet o dilecte mi inquiunt uox tua in auribus nostris: Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Hæc est uoluptas uera quæ comes est & uirtutis socia. Hæc ẽ nõ caduca & breuis: ut illa quã appetunt qui corpori: ut pecudes seruiunt: sed perpetua & sine ulla intermissione delectans: cuius terminos si quis excesserit: nihilque aliud ex uoluptate petierit: nisi ipsam uoluptatem: cuius concentus adeo gratissimus est: ut supergrediatur uniuersi carminis suauitatem. Quid de gustus oblectamentis: tum uariis: tum mirificis: tantos enim apparatus offendunt: quantos nunq̃ quisq̃ fuerat arbitratus: nõ suiles: nõ carnes taurorũ: non pecorũ: nõ auiũ: non lespium: aut rhodium merum libatur: sed carnem christi iesu: iamdudũ morte passam: nunc gloriose impassibilem edunt: Beatus igitur ille est qui ad cœnam agni inuitatus est. Rex potentissimus sub tentorio aurato ĩ sedia eburnea gemmis auroq; celato contexta sedet. Pueri insignes pulchritudinis utrinq; collocati picti cupidinibus persimiles illi principi obsequentes. Puellæ insignes in primo suæ ætatis flore uirginitatem regi deuouentes: quibus nullus lasciuentium iuuenum amor serpsit. Quibus nihil gracius uisum fuit q̃ sponso Christo se & corpore & spiritu dare eius throno assistunt. Hi carne incorrupti sequũtur agnum quocunque ierit & instar nercidum & graciarum scholis partim fulcris incumbũt: partim throno adnituntur. Angeli mirabili habitu omnes cœli partes uaporibus complentes: nouam ciebant melodiam: quã nemo alius cantare poterat. Quis tam facundus & tanta rerum uerborumque copia instructus. Quæ ratio tantæ affluentiæ ubertateque decurrens: ut illius: & uisus: & auditus: & odoratus: & gustus: & tactus cœlestis patriæ oblectamenta merito depingat. Si mihi linguæ centum sint: oraque cẽtum: nec extremam illius patriæ gloriam describere possem.

Solent sæpenumero honestæ personæ quibus eum & laborum discrimina: & fortunæ dignos successus communicamus: nostram intendere uoluptatem: idcirco docuit Aristoteles fœlicem pollitice etiam amicorum egere presentia: uel ad calamitates amouendas: uel ut uerius censuit ad participandam amicorum bonam fortunam: igitur admodum amici cõspectus frugi ẽ. Quid. n. Aristoteles

iocundius: Quid ue fœlicius sanctorum cælestium societate atq; p̃sentia: si numerum expetis: milia milium ministrant illi principi deo: & decies centena miliũ eiꝰ lateri assistunt per internuncios diuina pandentes misteria: quorum omnium tãta gratia: tanta deniq; beniuolentia est: ut omnibus parendi & obsequendi deo sit idem uelle & idẽ nolle: Quem numerum aquila triũphas ꝓspiciens intulit. Vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus & linguis & populis & tribubus & nationibus stãtes ante agni thronum. Nobilitatem forte concupiscis: at nulla maior q̃ ea quæ ob rerum bene gestarum iamdudum collocata est in excelsis: si enim antiquitas familie crebris uictoriis & triumphis decorata: aut uirtutum isignia uere successores & posteros ingenuos reddit: ut egipcii ob antiquitatem scythis illustriores habiti sunt: Merito sancti ingenuitate mirabili fulget. Quid enim iocundius homini bene instituto obtigere potest q̃ cum his inire consortium: cuius uita semper sita est in excelso. Legimus. L. Catelinã reip. non solum inuaserem: sed oppressorem ac totaliter labefactorem ne spetiosa romanorum iuuentus seruorum mixtione pollueretur: in castris admittere noluisse. Adest primo gloriosa dei genitrix Maria omni prorsus dignitate atq; nobilitate predita: Et si alcius petere curabimus ex nobilissima atq; illustrissima prosapia propagatam cõperiemus. Obmitto illos primos a quibus ueluti a stipite iniciatum descendit humanum genus: Septem Patriarchas totidemq; reges sanctitate plenos commemorandos censui: ut tantæ uirginis gloria elucescat. Sumpsit enim originem a Seth qui cultum dei docuit: aut noe a quo uirginitatem: Nam quingentorum erat annorum & illecebris carnis incentiuorumq; motuum atque titilationum inscius: Propterea solus cum omni familia sua tantæ cladi diluuii superstes fuit. Ab Enoch: quem in locum deliciarum translatum ferunt: ab enos habraham: ysahac: & Iacob: & Iuda: ex qua tribu traxit originem. Ab inclitis regibus enixa fuit. Adauith: Salomone: Ozia: Assaha: Iosath: habyas: Ezechias: Multos pretereo breuitatis studio: quos & Lucas & Matheus meminerũt. Adest domino deo nostro Baptista precursor iudicis facula semper ardens. Adsunt & ꝓphete futura mirabili ueritate precinentes. apostoli per quos uniuersus orbis euangelinm christi suscepit. Confessores uitia depellentes. Doctores & litteris & scriptis ecclesiam illustrantes Martes palma decorati. Virgines floribus & liliis isignitæ: continentes assiduis carnis bellis fatigate: Innocentes in christi perempti angelorum agmina: quibus omnis uirtus: omnis dignitas collata est: mirum immodum cãtãt omnes & sancti & sancte cum Iubilo. Qualis erit illa dies cum tibi maria mater dei choris occurret circundata uirgineis & post rubrum mare submerso cum suo exercitu pharaone & tympanum tenens præcinet responsurus. Cantemus domino gloriose. Nam magnificatus est: admodum æquũ & assessorem deiecit in mare. Quis tanto cœtu non letetur esse ascriptum & tantorum agminũ fretum fuisse beniuolentia ac sempiterno euo fuisse copulatum. Quid de sanctorum charitate atque incredibili amicitia elloquar: quorum omnium est una spes mercedis tributa. Nam singuli (Teste Euangelio) singulos accipient denarios: ut quanto in præmio fuerint feruentiores tanto in charitate solidiores appareant. Gaudet rursus iustorum animæ in glorificatorum corporum aspectu cuius uis tanta est: ut estaticos u iros efficiat. Gaudet corporũ celestium soliditatem sibi

Virginis intacte prosapia

cedere. & ad nutum corpora sibi famulari. Gaudent sic huius corporis impetuosos ac subitos motus rationis loro subiecisse ut nullo pacto eius habene inuito solui queant. Accedit inferni meditatio qua beatorum animæ letícia atque ingenti gaudio exardescunt. Quibus non subministret materiã amplioris iocunditatis pœnarum horroris euasio: Quas non suis uiribus: non sua callíditate: nõ sua denique animi moderatione declinasse: sed diuina miseratione & cognoscũt & itellígunt. Nonne lętãtur: ut scriptura edocet: cum hostes suos a quibus omne supplicium iniuste illatum est mulctari intuẽtur: quorum animaduersio tam seua ẽ: ut fugientem mortem crebro sollicitent. Nonne sicut uictores capta præda auti peratores hostes subactos triumphant txultant & cantus edere solẽt: Ita ellectos dyabolũ miseris nodis in inferno ligatũ gaudere decet atque peccatorũ abissum clausum sic: ut amplius sanctis obesse nequeat. Emundo amplissimum solidũq; gaudium uendicant: cũ animã conspiciant euinculis corporis relaxatam ac solutam tãq; ex hoc caliginoso carcere atque procelloso pellago fluctibus iactatam ac sæpe tempestate abrutã: diuina illa: ut ita dixerim laureola redimitam in cœlum certũ quoddã & eternũ beatorum spirituũ receptaculũ: ob ĩtegritatem & sanctimoniam uitæ euolasse: ut cũ reliquis cœli conciuibus euo sempiterno & ppetuis iubilationibus perfruatur. Et si pauca & exilia his uideantur: quibus nihil est iocundum nisi quod uel prospectu: uel aure demulceat: intensis animis cogitẽt cœlum quanta luminum diuersitate: quanto splendore: quãtaq; moderatiõe ab oriẽte in occasum tendat. Cogita eorum absque labore famulatum: & cũ hæc uniuersa animo complecteris ab his rebus creatis in quibus fulgor diuinæ sapientiæ resplendet atque inenarrabilis pulchritudo: disces pro captu existimare beatorum gaudia: quibus hoc grande cœli spectaculum cessit in sortem. Si enim mortales non diuitiis: non opibus: non uoluptatibus illicibilibus non potentatu contenti: nisi speciosissimas edes atque aulas uariis pictas sibi ipsis struxerint: in quibus admodum oblectatur prospectus. Quanto iocundius ellectis dei esse debet templum hoc: quod cœlum appellatur in quo nihil turpe: nihil flagiciosum: Nihil denique leui noxa coinquinatum ingredi licet. Gaudebat olim Roma ob delubrorum ingentem molẽ: quã diis erexerant: ut nõ iratos: sed propicios in rebus eorũ haberent. Item ob spectaculorũ nimiã luxuriam uel scauri uel porcii neronis: & nos qbus angelorũ sedes: uel illum lucentissimũ empirei globum ad incolẽdũ datũ ẽ: miris nõ afficiemur gaudiis. Irrideat si quis uult. Plus eni apud ecclesiæ triũphatores ualebit uera ratio q̃ improborũ impia opinatio: qui ut pro eorũ arbitrio se uanis implicent erroribus: derident atque nos ludibrio habent. Liber mensuram & modũ exposcit ubi fragili cimba scopulos enatauimus: quos declinare ueluti solertissimus nauta pensitate curaui. Si qua forte non sacris codicibus consentanea his libris indidi: Accipiant lectores ea potius: ut confutent illorum falsas opiniones: qui quo casu feriant: aut mordeant impudenter religionẽ christianam non aduertunt. Non enim ea sorte poetæ atque Illustres phi ad hoc grande spectaculum accersiti fuerunt quasi omnia approbaturus sed magis: ut nauarent propositum iam dudum ex me institutum. Igitur exitus celeuma sirenarum more cantãdum est. O regio celestis oi genere florum amenior. O mansio secura: patria totum continens quod delectat. O uere meridies plenitudo feruoris. O lucis

solisque statio: O lumen meridianum: O uernalis temperies: O æstiua uenustas: O autumnalis libertas: O quies & tuta habitatio: Paradisi dulce pabulum: Nihil ibi formidatur: Nihil fastidit: Nihil deficit. Festinemus igit' ex hac luce commigrare perniciter: ut in illum splendidissimum cetum admitti ueleamus: in q̃ est sanitas absque ulla egritudine. Iuuentus sine senectute. Sacietas sine fastidio. Libertas sine seruitute. Pulchritudo sine deformitate. Impassibilitas sine morte. Habundátia sine indigentia. Pax absq; turbatione. Securitas sinæ timore: Cognitio sine ignorantia. Gloria absq; ignominia. Gaudium sine tristitia. Quis tanta rerum copia spe lætitia motus non exardescat cupiatq; id obnixe assequi. Aut quis est tanta mentis insania affectus: ut allucinatus ista paruifaciat: iamque a primis iniciis hominũ eorum pectoribus insedet quædam uis noctes atq; dies ipsos stimulis agitans: ut contemptis omnibus actionibus in cœlum itentis animis suos dirigat gressus. Cauenda sunt igitur oblectamenta ista tanq̃ laquei & plagæ: ne suauitudinum mollitiæ capti subditiõe mortis cum ipso corpore reddigamur. Et ne huiꝰ illecebris circumlimatũ poculum officiat. Meditemur sic diuinis obsequiis nos mãcipare: ut ꝑ tenebris claritatem eternã consequamur: Quã ob rerũ bene gestarũ laborẽ daturus ultro est ille q uictor triumphat in cœlis. AMEN.

Liber de cœlesti uita sacræ theologiæ doctoris clarissimi magistri Iohannis Ferariensis ordinis Minorum nuper in lucem editus per eximium artium & Medicinæ Doctorem magistrum Antonium de Cauchorio: Qui dum eẽt pro Illº & excelso pãdulfo Malatesta ariminensiũ principe apud hoc serenissimũ uenetorũ dominium orator ex singulari gracia obtinuit ne aliquis per decẽnium eum librum imprimere posset præterq̃ a prudenti uiro Hieronymo blongio. Ciue florẽtino. Qui omni studio cura & diligentia suaq; impensa curauit ut emendatissime imprimeretur per Egregium uirum Matheum Capcasam Parmẽsem. Qui etiã correctissime impssit. Anno dñi. M.CCCCLXXXXIIII. die. XIX. Decembris: regnãte Serenissimo principe Augustino Barbadico Inclito duce Venetiarum.

## Registrum huius operis.


a
Prima alba
Diuo Borsio
nis amplitudo.
facturus opere

b
prietatibus rerum
cemq; eam fingit
non cœlum spe
mores hominum

c
prior est longe
utique me con-
motu sursum uel
potentia uitam

d
et solum humanis
digressio declarás
tis principatum
quas eis influit

e
corpore questus
dibus prius suis
fruendis ocupatus
cõstat. Hac regna

f
sequerent pericu-
state: non necessi
stros defatigatos
ut esset qui primi

g
tudini seruitura
istud quicquid est
esset expergefactus
licet intellectus

h
rum primo quidẽ
mus eius: cuius
rum exempla
here solent Nimiũ

i
mocriti: epicuriq;
bat. Accipite banc
ad extimos cœli
teris creatus fuerat

K
omni deniq; mo
scopulos obru
tia inter medios
ad iudicium uen

l
sa recipere mu
Nec demirari
speciei elegantia
Cæsarem uniuer

m
pus redundat
nationes cantus
cedere & ad
Amen


BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

BIBLIOTHÈQU
INC
1

DE L'UNIVERS

JOHANNIS
TERRABIENSIS
DE
CELESTI
VITA

EQUE DE L'UN
INCUNABLE
131